70
De Ricci-Wilson 4



St 2 407
926. Q







BEATVS VIR
qui non abijt in con-
ſilio impiorum: & in
via peccatorũ nõ ſte-
tit: & in cathedra peſtilentiæ non ſedit.
Sed in lege domini uoluntas eius: & in le-
ge eius meditabitur die ac nocte. Et erit tã-
quam lignum quod plantatũ eſt ſecus decur-
ſus aquarum: q̊d fructum ſuũ dabit in tp̃e
ſuo. Et folium eius non defluet: & omnia
quæcunq; faciet proſperabuntur. Non ſic
impij non ſic: ſed tanq̃ puluis quẽ proijcit
uentus a facie terræ. Ideo non reſurgunt
impij in iudicio: neq; peccatores in con-
ſilio iuſtorum. Quoniam nouit domin9
uiam iuſtorum: & iter impiorum peribit.

PSALMVS DAVID. II.

Eſdras pſal-
morũ colle-
ctor cõpoſuit
hunc & alijs
prepoſuit p
modũ pfati-
onis in quo
induc ad ſtu-
diũ ſacre the-
oſophie p mo-
dum laudis.







Deſcribitur regnũ xp̄i & primo ei⁹ inſtitutio.

QVARE FREMVERVNT
gentes : & ppl̄i meditati ſunt ina-
nia. Aſtiterunt reges terræ. & prĩ-
cipes conuenerunt in vnũ : ad-
uerſus dominũ & aduerſus chriſtũ eius.
Dirumpamus uincula eorum : & proij-
ciamus a nobis iugũ ipſorum. Qui ha-
bitat in cœlis irridebit eos : & dn̄s ſubſa-
nabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira
ſua : & in furore ſuo conturbabit eos. Ego
autem conſtitutus ſum rex ab eo ſup̱ ſyon
montem ſanctũ eius : prædicans pręceptũ
eius. Dominus dixit ad me : filius meus
es tu ego hodie genui te. Poſtula a me &
dabo tibi gentes hęreditatem tuã : & poſſeſ-
ſionem tuam terminos terræ. Reges eos
in virga ferrea : & tanq̃ uas figuli confringes
eos. Et nunc reges intelligite : erudimini q
iudicatis terram. Seruite dn̄o in timore :
& exultate ei cum tremore. Apprehendite
diſciplinã : nequando iraſcatur dn̄s & per-

Secũdo ei⁹ dilatatio ibi: poſtula a. Tertio eius veneratio ibi & nũc.

catis de uia iuſta. Cum exarſerit in breui ira eius: beati omnes qui confidunt in eo.

PSALMVS ·III·

DOMINE QVID MVLTI- plicati ſunt qui tribulant me: multi inſurgunt aduerſum me. Multi dicunt aĩæ meæ: non eſt ſalus ipſi in deo eius. Tu autem dñe ſuſceptor meus es gloria mea: & exaltans caput meũ. Voce mea ad dñm clamaui: & exaudiuit me de monte ſancto ſuo. Ego dormiui & ſoporatus ſum: & exſurrexi quia dñs ſuſcepit me. Non timebo milia pplı̃ circundantĩ me: exurge dñe ſaluum me fac deus meus. Quoniam tu percuſſiſti omnes aduerſantes mihi ſine cauſa: dentes peccatorũ contriuiſti. Domini eſt ſalus, & ſuper pplm̃ tuũ bñdictio tua.

Orõ Dauid qñ fugit abſolon.

PSALMVS ·IIII·

Orõ dauid ꝑ
liberationis
bñficio a ſaul
qñ cĩgebat
eum in modũ
corone.

CVM INVOCAREM EX-
audiuit me deus iuſtitiæ meæ;
in tribulatione dilataſti mihi. Miſerere mei; & exaudi oratio-
nem meam. Filij hominũ uſquæquo g̃-
ui corde; vt qđ diligitis uanitatem &
queritis mendacium. Et ſcitote qm̃ mi-
rificauit dñs ſanctum ſuũ; dominus ex-
audiet me cum clamauero ad eũ. Iraſ-
cimini & nolite peccare; quæ dicitis in cor-
dibus veſtris: & in cubilibus vr̃is cõpũgi-
mini. Sacrificate ſacrificiũ iuſticiæ & ſpe-
rate in domino; multi dicunt quis oſtẽdit
nobis bona. Signatũ eſt ſuper nos lumẽ
vultus tui dñe; dediſti leticiam in corde
meo. A fructu frumenti vini & olei ſui: mul-
tiplicati ſunt. In pace in idipſum; dormi-
am & requieſcam. Qm̃ tu dñe; ſingulariter
in ſpe conſtituiſti me.

PSALMVS ·V·

VERBA MEA AVRIBVS
percipe dn̄e: intellige clamorem
meum. Intende uoci orationis
meæ: rex meus & deus meus.
Quoniam ad te orabo dn̄e. mane exaudi-
es vocem meam. Mane aſtabo tibi & ui-
debo: qm̄ non deus uolens iniquitatem tu-
es. Neq; habitabit iuxta te malignus: neq;
ꝑmanebunt iniuſti ante oculos tuos. O-
diſti oēs qui operantur iniquitatem: perdes
omnes qui loquuntur mendaciū. Virū ſan-
guinum & doloſum abhominabitur dn̄s:
ego aūt in multitudine mīæ tuæ. Introi-
bo in domum tuā: adorabo ad templum
ſanctum tuū in timore tuo. Domine de-
duc me in iuſticia tua propter inimicos me-
os: dirige in conſpectu tuo viam meā. Quo-
niam non eſt in ore eorum veritas: cor eo-
rum uanum eſt. Sepulchrū patens eſt
guttur eorum: linguis ſuis doloſe agebant:
iudica illos deus. Decidant a cogitationi-

Orō Dauid.
ꝑ diuī oī im-
ploratione
auxilij cont
hoſtes ſic ī
ecclīæ cōtra
demones nos
irruentes.

bus ſuis. ſcd̃m multitudinem impietatum
eorum expelle eos: quoniam irritauerunt
te dñe. Et letentur omnes qui ſperant in te:
in æternum exultabunt & habitabis ĩ eis.
Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt
nomen tuum: qm̃ tu bñdices iuſto. Domĩe
ut ſcuto bonę uoluntatis tuæ coronaſti nos.

PSALMVS. VI.

Impetratio miſericordie dauidis ſup ppl'i numeratione

DOMINE NE IN FVRORE
tuo arguas me: neq; in ira tua
corripias me. Miſerere mei dñe
qm̃ infirmus ſum: ſana me dñe
quoniam conturbata ſunt oſſa mea. Et a-
nima mea turbata eſt valde: ſed tu dñe uſ-
quæquo. Conuertere dñe & eripe animã
meam: ſaluum me fac propter mĩam
tuam. Quoniam non eſt in morte qui
memor ſit tui: in inferno aũt quis confi-
tebitur tibi. Laboraui in gemitu meo. la-
uabo ꝑ ſingulas noctes lectum meũ lacri-

mis meis ſtratum meum rigabo. Turba-
tus eſt a furore oculus meus: inueteraui int'
oēs inimicos meos. Diſcedite a me oēs
qui operamini iniquitatem: quoniam ex-
audiuit dn̄s vocem fletus mei. Exaudi-
uit dominus deprecationem meam: dn̄s
orationem meam ſuſcepit. Erubeſcāt &
conturbentur uehementer omnes inimi-
ci mei: conuertantur & erubeſcant ualde
uelociter.

PSALMVS. VII.

DOMINE DEVS MEVS IN
te ſperaui: ſaluum me fac ex oī-
bus perſequentibus me & libera
me. Nequando rapiat ut leo ani-
mam meam: dum non eſt qui redimat
neq; qui ſaluum faciat. Domine deus me-
us ſi feci iſtud: ſi eſt iniquitas in manibus
meis. Si reddidi retribuentibus mihi ma-

Orō dauid
pro peccato
craſſe igno-
rantiæ pro-
pter occiſio-
nem ſacer-
dotū ī nube

la: decidam merito ab inimicis meis inan-
is. Perſequatur inimicus animam meam
& cõprehendat. & conculcet in terra uitam
meam: & gloriam meã in puluerem dedu-
cat. Exurge dñe in ira tua: & exaltare in
finibus inimicorũ meorum. Et exurge do
mine deus meus in præcepto quod mãdaſ-
ti: & ſynagoga populorũ circũdabit te. Et
ꝓpter hanc in altum regredere: dñs iudi-
cat populos. Iudica me dñe ſecundũ iuſ-
ticiam meam: & ſcd'm innocenciam me-
am ſuꝑ me. Conſumetur nequicia pecca-
torum & diriges iuſtum: ſcrutans corda
& renes deus. Iuſtum adiutoriũ meum
a dño: qui ſaluos facit rectos corde.
Deus iudex iuſtus fortis & paciens: nũ-
quid iraſcetur per ſingulos dies. Niſi cõ-
uerſi fueritis gladium ſuũ uibrauit: arcũ
ſuum tetendit & parauit illum. Et in eo
parauit uaſa mortis: ſagittas ſuas ar-
dentibus effecit. Ecce parturit iniuſticiã

concepit dolorem: & pepit iniquitatem. Lacũ aperuit & effodit eum: & incidit in foueam quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput ei⁹: & ĩ verticem ipſius iniquitas eius deſcendet. Confitebor domino ſecundum iuſticiã eius: & pſallam nomini domini altiſſimi.

PSALMVS. VIII.

DOMINE DOMINVS NOſter: quam admirabile eſt nomẽ tuum in vniuerſa terra. Quoniã eleuata eſt magnificentia tua: ſuper celos. Ex ore infantium & lactentiũ perfeciſti laudem propter inimicos tuos: ut deſtruas inimicum & ultorem. Qm̃ uidebo celos tuos opera digitorum tuorum: lunam & ſtellas quæ tu fundaſti. Quid eſt homo q̧ memor es eius: aut filius hominis quoniam viſitas eũ. Minuiſti eum paulominus ab ange-

Pſalmus infinitũ pro torculoribus q. & in laudem victorie xp̃i p ſuæ amariſſimę paſſionis meritis: eo q̧ vicit & mundũ & diaboli cantatur.

his : gloria & honore coronaſti eum & cõ-
ſtituiſti eum ſuper opa manuum tuarum.
Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius : oues
& boues vniuerſas . inſup & pecora cãpi.
Volucres coeli & piſces maris : qui per-
ambulant ſemitas maris . Domine dñs
nr̃ : q̃ admirabile eſt nomen tuum in uni-
uerſa terra.

PSALMVS . IX.

Pſal'. dauid infinẽ pro occultis filij duplex indicans iudicium xp̃o datũ ſcʒ diſcretionis & diſcutioĩs dirigens ad mũdi finis cõſideratione & btĩtudinis.

CONFITEBOR TIBI DO-
mine in toto corde meo : narra-
bo omnia mirabilia tua . Leta-
bor & exultabo in te : pſallam nomini tuo
altiſſime . In conuertendo inimicũ meũ
retrorſum : infirmabuntur & pibunt a fa-
cie tua . Quoniam feciſti iudiciũ meũ &
cauſam meam : ſediſti ſuper thronũ qui
iudicas iuſticiam . Increpaſti gentes &
perijt impius ; nomen eorum deleſti inę-
ternum . & in ſeculum ſeculi . Inimici de-

fecerunt frameę in finem : & ciuitates eorũ
deſtruxiſti . Perijt memoria eorum cum
ſonitu : & dñs inæternum permanet . Pa-
rauit in iudicio thronum ſuũ : & ipſe iu-
dicabit orbem terræ in æquitate iudica-
bit populos in iuſticia . Et factus eſt do-
minus refugium pauperi : adiutor in op-
portunitatibus in tribulatione . Et ſperẽt
in te qui nouerunt nomen tuum : qm̃ non
dereliquiſti quærentes te dñe . Pſallite dño
qui habitat in ſyon : annunciate inter gen-
tes ſtudia eius . Quoniam requirens ſang-
uinem eorum recordatus eſt : non eſt oblitus
clamorem pauperum . Miſerere mei domi-
ne : vide humilitatem meam de inimicis
meis . Qui exaltas me de portis mortis : ut
annunciem omnes laudationes tuas . in
portis filiæ ſyon . Exultabo in ſalutari tu-
o : infixe ſunt gentes in interitu quem fece-
runt . In laqueo iſto quem abſconderunt :
cõprehenſus eſt pes eorum . Cognoſcetur

dominus iudicia faciens : in opibus manu-
um ſuarum comprehenſus eſt peccator .

Iudiciũ diſcuſ-
ſionis in finem
mundi .

Conuertantur peccatores in infernũ : oẽs
gentes quæ obliuiſcuntur deum . Quoni-
am non in finem obliuio erit pauperis :
pacientia pauperum non peribit in finem .
Exurge dñe non confortetur homo : iu-
dicentur gentes in conſpectu tuo . Con-

notat ipius
ante xp̄i an-
te finale iu-
dicium

ſtitue dñe legiſlatorem ſuper eos : vt ſciant
gentes qm̃ hoĩes ſũt . Vt quid dñe receſſi-
ſti longe : deſpicis in opportunitatibus in
tribulatione . Dum ſuperbit impius incẽ-
ditur pauper : cõprehenduntur in conſilijs
quibus cogitant . Quoniam laudatur pecca-
tor in deſiderijs animæ ſuæ : & iniquus be-
nedicitur . Exacerbauit dñm peccator : ſe-
cundum multitudinem iræ ſuæ non quę-
ret . Non eſt deus in conſpectu eius : inqui-
natę ſunt uię illius in omni tempore . Au-
feruntur iudicia tua a facie eiꝰ : oĩm inimico-
rũ ſuorũ dominabitur . Dixit eñ in corde

ſuo: non mouebor a generatione in gene-
rationem ſine malo. Cuius maledictione
os plenum eſt & amaritudīe & dolo: ſub
lingua eius labor & dolor. Sedet in inſi-
dijs cum diuitibus in occultis: ut interfici-
at innocentem. Oculi eius in pauperem re-
ſpiciunt: inſidiatur in abſcondito quaſi le-
o in ſpelunca ſua. Inſidiatur ut rapiat pau-
perem: rapere pauperem dum attrahit eū.
In laqueo ſuo humiliabit eum: inclinabit
ſe & cadet cum dominatus fuerit pauperū.
Dixit em̄ in corde ſuo oblitus eſt deus: auer-
tit faciem ſuam ne videat in finem. Exurge
dn̄e deus & exaltetur manus tua: ne obliuiſ-
caris pauperum. Propter q̇d irritauit īpius
deū: dixit em̄ in corde ſuo non requiret. Vi-
des qm̄ tu laborem & dolorem conſideras:
ut tradas eos in manus tuas. Tibi derelict9
eſt pauper: orphano tu eris adiutor. Con-
tere brachium peccatoris & maligni: quæ-
retur peccatum illius & non inuenietur. Do-

minus regnabit ineternũ & in ſeculum ſcl'i: peribitis gentes de terra illius. Deſideriũ pauperum exaudiuit dn̄s: p̄parationē cordis eorum audiuit auris tua. Iudicare pupillo & humili: ut non apponat ultra magnificare ſe homo ſuper terram.

PSALMVS. x.

Oro dauidis in reuerſione ad terram iuda ex precepto gad prophete confidēs de diuina protectione.

IN DOMINO CONFIDO: q̄uo dicitis animæ meę transmigra in montem ſicut paſſer. Q̄m ecce peccatores ītenderūt arcū parauerūt ſagittas ſuas in pharretra: ut ſagitent in obſcuro rectos corde. Quoniam quæ perfeciſti deſtruxerunt: iuſtus aūt quid fecit. Dominus in templo ſancto ſuo: dn̄s in celo ſedes eius. Oculi eius in pauperem reſpiciunt: palpebrę eius interrogant filios hoīm. Dominus interrogat iuſtum & impiū: qui aūt diligit iniquitatem odit animam ſuā. Pluit ſuper peccatores laqueos: ignis & ſul-

phur & ſpiritus procellarũ pars calicis e-
orum. Quoniam iuſtus dñs & iuſtici-
as dilexit ęquitatem vidit uultus eius.

PSALMVS. XI.

Oratio dauid pro ſaluatione q̄ liberauit ceilam a philiſtinis obſeſſam conſulto domino.

SALVVM ME FAC DO-
mine qm̃ defecit ſanctus: quo-
niam diminute ſunt veritates a
filijs hominum. Vana locuti ſũt
unuſquiſq; ad proximum ſuũ: labia do-
loſa in corde & corde locuti ſunt. Diſper-
dat dñs vniuerſa labia doloſa: & lĩguam
magniloquam. Qui dixerunt linguã no-
ſtram magnificabimus. labia noſtra a no-
bis ſunt: quis noſter dominus eſt. Propter
miſeriã inopum & gemitũ paupum: nũc
exurgam dicit dñs. Ponam in ſalutari: fi-
ducialiter agam in eo. Eloquia domini e-
loquia caſta: argentum igne examinatũ:
probatum terræ purgatum ſeptuplũ. Tu
dñe ſeruabis nos: & cuſtodies nos a gene-

ratione hac in æternum . In circuitu impij ambulant : ſecundum altitudinem tuã multiplicaſti filios hoĩm .

PSALMVS · XII ·

Dauid q̃tuor afflictiones ppl'i iſrael .ſ. aſiriorũ egiptiorũ grecorum & babiloniorũ deſiderãs terminare.

VSQVEQVO DOMINE obliuiſceris me in finem : uſquequo auertis faciem tuam a me . Quam diu ponam conſilia in aĩa mea : dolorem in corde meo per diem . Vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me reſpice & exaudi me dñe deus meus . Illumina oculos meos ne vnq̃ obdormiam in morte : ne qñ dicat inimicus meus preualui aduerſus eum . Qui tribulant me exultabunt ſi motus fuero : ego autem in miſericordia tua ſperaui . Exultabit cor meum in ſalutari tuo : cantabo domino qui bona tribuit mihi : & pſallam nomini domini altiſſimi .

PSALMVS. XIII.

DIXIT INSIPIENS IN COR-
de ſuo: non eſt deus. Corrupti ſũt
& abhominabiles facti ſunt in
ſtudijs ſuis: non eſt qui faciat bo-
num. non eſt vſq; ad unum. Dominus de
celo proſpexit ſuper filios hominum: ut ui-
deat ſi eſt intelligens aut requirens deum.
Omnes declinauerunt ſimul inutiles facti
ſunt: non eſt q. faciat bonũ nõ eſt vſq; ad vn-
ũ. Sepulchrũ patẽs eſt guttur eorũ lĩguis ſuis
doloſe agebãt: venenũ aſpiduz ſub labijs e-
orum. Quorum os maledictione & ama-
ritudine plenum eſt: ueloces pedes eorũ ad
effundendum ſanguinem. Contricio &
infelicitas in uijs eorum & uiam pacis non
cognouerunt: non eſt timor dei ante oculos
eorum. Nonne cognoſcent omnes qui ope-
rantur iniquitatem: qui deuorant plebem me-
am ſicut eſcam panis. Deum non inuocaue-

Dauid plaſ-
phemiam na-
buchodono-
ſor increpans
eius deſcribẽs
maliciam.

uerunt illic trepidauerunt timore ubi non
erat timor . Quoniam dominus in gene-
ratione iuſta eſt : conſilium inopis confu-
diſtis qm̄ dominus ſpes eius eſt . Quis
dabit ex ſyon ſalutare iſrael : cum auerte-
rit dn̄s captiuitatem plebis ſuæ exultabit
iacob & letabitur iſrael .

PSALMVS. xiiii.

Oſtenſio dauidis qs ſacerdotum ſit dignus miniſtrare coram domino.

DOMINE QVIS HABITABT,
in tabernaculo tuo ; aut quis re-
quieſcet in monte ſancto tuo .
Qui ingreditur ſine macula : &
operatur iuſticiam . Qui loquitur uerita-
tem in corde ſuo : qui non egit dolum in
lingua ſua . Hec fecit proximo ſuo ma-
lum : & opprobrium non accepit aduer-
ſus proximos ſuos . Ad nihilum deductꝰ
eſt in conſpectu eius malignus : timentes au-
tem dominum glorificat . Qui iurat proxi-
mo ſuo & non decipit . qui pecuniam ſuam

non dedit ad uſuram : & munera ſuper in-
nocentes non accepit. Qui facit hæc : nõ
mouebitur inęternum.

PSALMVS. XV.

CONSERVA ME DOMINE
qm̃ ſperaui in te : dixi dño deus
meus es tu, quoniam bonorũ
meorum non eges. Sanctis q̃
ſunt in terra eius : mirificauit omnes vo-
luntates meas in eis. Multiplicate ſunt ĩ-
firmitates eorum : poſtea accellerauerunt.
Non congregabo conuenticula eorum de
ſanguinibus : nec memor ero nominũ eo-
rum per labia mea. Dominus pars hære-
ditatis meæ & calicis mei : tu es qui reſti-
tues hęreditatem meam mihi. Funes ce-
ciderunt mihi in pręclaris : etẽ hęredi-
tas mea pręclara eſt mihi. Benedicam do-
minum qui tribuit mihi intellectum : in-
ſuper & uſqꝫ ad noctem increpuerunt me

Petit dauid ĩ
perſona xpi.
ſui cõſeruati-
onẽ & corp̃is
reſurrectiõeꝫ
a deo pr̃e.

renes mei Prouidebam dominum in cõ-
ſpectu meo ſemper: quoniam a dextris eſt
mihi ne cõmouear, Propter hoc lętatum eſt
cor meum & exultauit lingua mea: inſuꝑ
& caro mea requieſcet in ſpe. Quoniam nõ
derelinques animam meam in inferno: nec
dabis ſanctum tuum uidere corruptionem,
Notas mihi feciſti uias uitæ. adimplebis me
leticia cum vultu tuo: delectationes in dex-
tera tua uſq; in finem.

PSALMVS. XVI.

Oro dauidis ꝑ liberatiõe ſui & cuiuſlibet in tribulatione poſiti.

EXAVDI DOMINE IVSTI-
ciam meam: intende deprecatio-
nem meam Auribus percipe
orationem meam: non in labijs
doloſis, De uultu tuo iudiciũ meum pro-
deat: oculi tui uideant ęquitates Probaſti
cor meum & uiſitaſti nocte: igne me exami-
naſti. & non eſt inuenta in me iniquitas,
Vt non loquatur os meum opera hoĩm:

ꝓpter verba labiorum tuorum ego cuſtodi-
ui uias duras. Perfice greſſus meos in ſe-
mitis tuis: ut non moueantur ueſtigia me-
a. Ego clamaui quoniam exaudiſti me
deus: inclina aurem tuam mihi & exau-
di uerba mea. Mirifica miſericordias tuas:
quæ ſaluos facis ſperantes in te. A reſiſten-
tibus dexteræ tuæ cuſtodi me: ut pupillam
oculi. Sub vmbra alarum tuarum prote-
ge me: a facie impiorum qui me afflixerũt.
Inimici mei animam meam circundederũt.
adipem ſuum concluſerunt: os eorum locutũ
eſt ſuperbiam. Proiicientes me nunc circũ-
dederunt me: oculos ſuos ſtatuerunt decli-
nare in terram. Suſceperunt me ſicut leo
paratus ad prędam: & ſicut catulus leonis
habitans in abditis. Exurge dñe pręueni
eum & ſupplanta eum: eripe animam me-
am ab impio. frameam tuam ab inimicis
manus tuæ. Domine a paucis de terra di-
uide eos in uita eorum: de abſconditis tuis

adimpletus eſt uenter eorum. Saturati ſũt
filijs: & dimiſerunt reliquias ſuas paruulis
ſuis. Ego autem in iuſticia apparebo con-
ſpectui tuo: ſatiabor cum apparuerit gloria
tua.

PSALMVS. XVII.

Grãs agit dauid pro liberatione perſecutionũ & ſpecialiter ſaulis.

DILIGAM TE DOMINE
fortitudo mea dñs firmamentũ
meum & refugium meũ & libera-
tor meus. Deus meus adiutor meus: &
ſperabo in eum. Protector meus & cornu
ſalutis meæ: & ſuſceptor meus. Laudans
inuocabo dñm: & ab inimicis meis ſalu⁹
ero. Circumdederunt me dolores mortis:
& torrentes iniquitatis conturbauerũt me.
Dolores inferni circumdederunt me. præ-
occupauerunt me laquei mortis. In tribu-
latione mea inuocaui dominũ: & ad deũ
meum clamaui. Et exaudiuit de templo ſã-

cto ſuo uocem meam : & clamor meus in cō-
ſpectu eius introiuit in aures eius . Cōmo-
ta eſt & cōtremuit terra : fundamenta mon-
tium conturbata ſunt : & commota ſunt qm̄
iratus eſt eis. Aſcendit fumus in ira eius &
ignis a facie eius exarſit : carbones ſuccenſi
ſunt ab eo. Inclinauit celos & deſcendit :
& caligo ſub pedibus eius. Et aſcendit ſu-
per cherubin & uolauit : uolauit ſuper pē-
nas uentorum . Et poſuit tenebras lati-
bulū ſuum in circuitu eius tabernaculum
eius : tenebroſa aqua in nubibus aeris. Præ
fulgore in conſpectu eius nubes tranſierunt :
grando & carbones ignis . Et intonuit de
celo dominus & altiſſimus dedit uocem ſu-
am : grando & carbones ignis . Et miſit
ſagittas ſuas & diſſipauit eos : fulgura mul-
tiplicauit & conturbauit eos . Et apparue-
runt fontes aquarū : & reuelata ſunt fun-
damenta orbis terrarum . Ab increpatio-
ne tua dn̄e : ab inſpiratione ſpiritus irę tuæ.

Forma libe-
rationis.

Miſit de ſummo & accepit me & aſſump-
ſit me de aquis multis. Eripuit me de ĩimi-
cis meis fortiſſimis & ab his qui oderũt me:
qm̃ confortati ſunt ſuper me. Præuenerũt
me in die afflictionis meæ; & factus eſt do-
minus protector meus. Et eduxit me in
latitudinem: ſaluum me fecit qm̃ voluit
me. Et retribuet mihi dominus ſecun-
dum iuſticiam meam: & ſecundũ purita-
tem manuum mearum retribuet mihi.
Quia cuſtodiui uias dñi. nec impie geſſi
a deo meo. Quoniam oĩa iudicia eius in
conſpectu meo: & iuſticias eius non repu-
li a me. Et ero inmaculatus cum eo: & ob-
ſeruabo me ab iniquitate mea. Et retribu-
et mihi dñs ſecundum iuſticiam meã &
ſecundum puritatem manuum mearum
in conſpectu oculorum eius. Cum ſan-
cto ſanctus eris: & cum uiro innocente ĩ-
nocens eris. Et cum electo electus eris:
& cum peruerſo peruerteris. Quoniam

tu populum humilem ſaluum facies: & ocu-
los ſuperborum humiliabis. Quoniam tu
illuminas lucernam meam dñe: deus meꝰ
illumina tenebras meas. Quoniam in te e-
ripiar a tentatione: & in deo meo tranſgre-
diar murum. Deus meus impolluta uia
eius. eloquia domini igne examinata: prote-
ctor eſt omnium ſperantium in ſe. Quoni-
am quis deus præter dñm: aut quis deus p̄-
ter deum noſtrũ. Deus qui præcĩnxit me
uirtute: & poſuit ĩmaculatam uiam meam.
Qui perfecit pedes meos tãquam ceruorũ:
& ſuper excelſa ſtatuens me. Qui docet ma-
nus meas ad prelium: & poſuiſti ut arcum
ereum brachia mea. Et dediſti mihi pro-
tectionem ſalutis tuæ: & dextera tua ſuſ-
cepit me. Et diſciplina tua correxit me in
finem: & diſciplina tua ipſa me docebit.
Dilataſti greſſus meos ſubtus me: &
non ſunt infirmata ueſtigia mea. Perſe-
q̃r inimicos meos & cõprehendam illos:

& non conuertar donec deficiant. Confringam illos nec poterunt ſtare: cadent ſubtus pedes meos. Et precinxiſti me uirtute ad bellū: & ſupplantaſti inſurgētes in me ſubt9me. Et inimicos meos dediſti mihi dorſum: & odientes me diſperdidiſti. Clamauerunt nec erat qui ſaluos faceret: ad dn̄m nec exaudiuit eos. Et cōminuam eos in puluerem ante faciem uenti: ut lutum platearum delebo eos. Eripies me de contradictionibus populi: conſtitues me in caput gentium. Populus quem non cognoui ſeruiuit mihi in auditu auris: obediuit mihi. Filij alieni mentiti ſunt mihi: filij alieni inueterati ſunt. & claudicauerunt a ſemitis ſuis. Viuit dn̄s & bn̄dictus deus meus & exaltetur deus ſalutis meæ. Deus qui das uindictas mihi & ſubdis populos ſub me: liberator meus de inimicis meis iracundis. Et ab inſurgentibus in me

exaltabis me: a uiro iniquo eripies me.
Propterea confitebor tibi in nationibus
dñe: & nomini tuo pſalmum dicam.
Magnificans ſalutes regis eius. & faci-
ens miſericordiam chriſto ſuo dauid: & ſe-
mini eius uſq; in ſeculum.

PSALMVS. XVIII.

Dauid prexdixit beneficiũ redemptionis in ſpiritu.

CELI ENARRANT GLO-
riam dei: & opa manuũ eius an-
nunciat firmamentũ. Dies diei
eructat uerbum: et nox nocti in-
dicat ſcientiam. Non ſunt loquele neq; ſer-
mones: quorum non audiantur uoces e-
orum. In omnem terram exiuit ſonus e-
orum: & in fines orbis terræ uerba eorũ.
In ſole poſuit tabernaculũ ſuum: & ipſe
tanq̃ ſponſus procedens de thalamo ſuo.
Exultauit ut gigas ad currendam uiã:
a ſũmo celo egreſſio eius. Et occurſus
eius uſq; ad ſummum eius: nec eſt qui ſe

abſcondat a calore eius. Lex domini in-
maculata conuertens animas: teſtimoni-
um domini fidele. ſapientiam preſtans
paruulis. Iuſticiæ dñi recte letificantes
corda: præceptum domini lucidum illumi-
nans oculos. Timor dñi ſanctus perma-
nens in ſeculum ſeculi: iudicia domini ue-
ra iuſtificata in ſemetipſa. Deſiderabilia ſu-
per aurum & lapidem præcioſum multũ:
& dulciora ſuper mel & fauum. Etenim
ſeruus tuus cuſtodit ea: in cuſtodiendis illis
retributio multa. Delicta quis intelligit:
ab occultis meis munda me: & ab alienis
parce ſeruo tuo. Si mei non fuerint domi-
nati. tunc inmaculatus ero: & emunda-
bor a delicto maximo. Et erunt ut conpla-
ceant eloquia oris mei: & meditatio cordis
mei in conſpectu tuo ſemper. Domine adiu-
tor meus: & redemptor meus.

PSALMVS. XIX.

Dauid.
Orat pro ī-
petranda vi-
ctori a ſuo ex-
ercitui.

EXAVDIAT TE DOMI-
nus in die tribulationis: prote-
gat te nomen dei iacob. Mittat
tibi auxilium de ſancto: & de
ſyon tueatur te. Memor ſit omnis ſacrifi-
cij tui: & holocauſtum tuum pingue fiat.
Tribuat tibi ſecundum cor tuum: & om-
ne conſilium tuum confirmet. Letabimur
in ſalutari tuo: & in noīe dei noſtri mag-
nificabimur. Impleat dn̄s omnes peti-
ciones tuas: nunc cognoui qm̄ ſaluum
fecit dn̄s xp̄m ſuum. Exaudiet illum de
celo ſancto ſuo: in potentatibus ſalus dex-
tere eius. Hij in curribus & hij in equis:
nos aūt in noīe dn̄i dei noſtri inuocabim⁹.
Ipſi obligati ſunt & ceciderunt: nos autē
ſurreximus & erecti ſumus. Domine ſaluū
fac regem: & exaudi nos in die qua inuo-
cauerimus te.

PSALMVS .xx.

Dauid i ſpū
preuidēs re-
gni xp̄i mag-
nificentiā in
humanitate
ꝙ fuit ex alta-
tus virtute
dei pr̄is. Et
de quolibet
iuſto bn̄ ſe re-
gente cani-
tur pſal'.

DOMINE IN VIRTVTE
tua letabitur rex: & ſuper ſaluta-
re tuum exultabit uehementer.
Deſiderium cordis eius tribuiſti
ei: & uoluntate labiorum eius non frauda-
ſti eum. Quoniam pręueniſti eum in bene-
dictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite
eius coronam de lapide præcioſo. Vitam
peciit a te & tribuiſti ei: longitudinem die-
rum in ſeculum & in ſeculum ſeculi. Magna
eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam &
magnum decorem impones ſuper eum.
Quoniam dabis eum in benedictionem
in ſeculum ſeculi: letificabis eum in gaudio
cum uultu tuo. Quoniam rex ſperat in dn̄o:
& in miſericordia altiſſimi non conmouebi-
tur. Inueniatur manus tua omnibus ini-
micis tuis dextera tua inueniat omnes qui
te oderunt. Pones eos ut clibanum ignis
in tempore vultus tui: dn̄s in ira ſua con-
turbabit eos: & deuorabit eos ignis. Fru-

ctum eorum de terra perdes : & ſemen eorũ a filijs hominum. Quoniam declinauerunt in te mala : cogitauerunt conſilia quę non potuerunt ſtabilire. Quoniam pones eos deorſum : in reliquijs tuis præparabis uultum eorum. Exaltare dñe in virtute tua : cantabimus & pſallemus uirtutes tuas. . .

DOMINICIS DIEBVS AD primã. PSALMVS. XXI.

Dauid paſſione xpi in ſpiritu q̃ſi pendẽtis in cruce dicit.



DEVS DEVS MEVS REſpice in me. quare me dereliquiſti : longe a ſalute mea uerba delictorum meorum. Deus meus clamabo per diem & non exaudies : & nocte & non ad inſipientiam mihi. Tu autem in ſancto habitas ; laus iſrahel. In te ſperauerunt patres noſtri : ſperauerunt & liberaſti eos. Ad te clamauerunt & ſalui facti ſunt : in te ſperauerunt & non ſunt confuſi. Ego autem ſum uermis & non homo : opprobrium hominis & obiectio plebis. Oẽs



Iudeorũ de-
riſio.

Paſſio xp̃i
prefigura-
tur: in qua
ſicut purus
homo recur-
rit ad deũ.

uidentes me deriſerunt me: locuti ſunt labi-
is & mouerunt caput. Sperauit in dño
eripiat eum: ſaluum faciet eum quoniam
uult eum. Quoniam tu es qui extraxiſti me
de uentre: ſpes mea ab uberibus matris me-
æ. in te proiectus ſum ex utero. De uentre
matris meæ deus meus es tu: ne diſceſſeris
a me. Quoniam tribulatio proxima eſt:
qm̃ non eſt qui adiuuet. Circircumdede-
runt me uituli multi: thauri pingues obſe-
derunt me. Aperuerunt ſuper me os ſuum:
ſicut leo rapiens & rugiens. Sicut aqua ef-
fuſus ſum: & diſperſa ſunt omnia oſſa me-
a. Factum eſt cor meũ tanq̃ cera liqueſcẽs:
in medio uentris mei. Aruit tãquam teſ-
ta uirtus mea. & lingua mea adheſit fau-
cibus meis: & in puluerem mortis dedu-
xiſti me. Quoniam circundederunt me
canes multi: concilium malignantium
obſedit me. Foderunt manus meas &
pedes meos: dinumerauerunt omnia oſ-

ſa mea. Ipſi uero conſiderauerunt & inſpexerunt me. diuiſerunt ſibi ueſtimenta mea: & ſup̱ ueſtem meam miſerunt ſortē. Tu autem dn̄e ne elongaueris auxilium tuum a me: ad defenſionem meam cōſpice. Erue a framea deus animam meam: & de manu canis unicam meā. Salue me ex ore leonis: & a cornibus vnicornium humilitatem meam. Narrabo nomē tuum fratribus meis: in medio eccleſiæ laudabo te. Qui timetis dominum laudate eum uniuerſum ſemen iacob glorificate eū. Timeat eum omne ſemen iſrahel: qm̄ non ſpreuit neq; deſpexit deprecationem paup̱is. Nec auertit faciem ſuam a me: & cum clamarem ad eum exaudiuit me. Apud te laus mea in eccleſia magna: uota mea reddam ī cōſpectu timentiū eoꝝ. Edent pauperes & ſaturabuntur. & laudabunt dn̄m qui requirunt eum: uiuent corda eorum in ſeculum ſeculi. Reminiſcentur & conuerten-

Prefiguratur reſurrectio.

tur ad dominum uniuerſi fines terræ. Et
adorabunt in conſpectu eius: uniuerſæ fa-
miliæ gentium. Quoniam dñi eſt regnum:
& ipſe dñabitur gentium. Manducauerũt
& adorauerunt omnes pingues terræ: in
conſpectu eius cadẽt oẽs ꝗ deſcendunt ĩ ter-
ram. Et anima mea illi uiuet: & ſemen me-
um ſeruiet ipſi. Anunciabitur dño genera-
tio uentura: & anunciabunt celi iuſticiã
eius populo qui naſcetur. quem fecit dñs.

PSALMVS. XXII.

Grãs agit da-
uid ꝑ victuali-
bus ſibi adeo
prouiſis ĩ re-
ditũ in terram
iuda.

DOMINVS REGIT ME
& nihil mihi deerit: in loco paſcu-
e ibi me collocauit. Suꝑ aquam
refectionis educauit me: animã
meam conuertit. Deduxit me ſuꝑ ſemi-
tas iuſticiæ: propter nomen ſuum. Nã
& ſi ambulauero in medio umbræ mortiſ
non timebo mala: qm̃ tu mecum es. Vir-
ga tua & baculus tuus: ipſa me conſola-

ta ſunt. Paraſti in conſpectu meo menſã aduerſus eos: qui tribulant me. Impig-uaſti in oleo caput meum: & calix meus inebrians q̃ præclarus eſt. Et miſericordi-a tua ſubſequetur me: omnibus diebus ui-tæ meæ. Et ut inhabitem in domo dñi: in longitudine dierum.

PSALMVS. XXIII.

DOMINI EST TERRA & plenitudo eius: orbis terrarũ & uniuerſi qui habitant in eo. Quia ipſe ſuper maria fundauit eum: & ſuper flumina pręparauit eum. Quis aſcen-det in montẽ dñi: aut quis ſtabit in loco ſã-cto eius. Innocens manibus & mundo cor-de. qui non accepit in uano animam ſuã: nec iurauit in dolo proximo ſuo. Hic ac-cipiet benedictionem a dño: & miſericor-diam a deo ſalutari ſuo. Hec eſt generatio querentium eum: quęrentium faciem dei

Agit grãs in ſpũ pre-uidens da-uid intro-ductionem arche ĩ tem-plũ ſalomo-nis.

iacob. Attollite portas principes ueſtras, & eleuamini porte eternales: & introibit rex gloriæ. Quis eſt iſte rex gloriæ: dominus fortiſ & potens dn̄s potēs in p̄lio. Attollite portas pr̄icipes vr̄as & eleuamini porte eternales: & ītroibit rex gl̄iæ. Quis eſt iſte rex glorię dn̄s uirtutum ipſe eſt rex gloriæ.

PSALMVS XXIIII.

Agit grās deo dauid pro liberatione perſecutionis a ſaul: & eſt generaliter omnis penitentis orō p̄ flagella correcti.

AD TE DOMINE LEVAui animam meam deus meus in te confido non erubeſcam. Neq; irrideant me inimici mei: etem̄ uniuerſi qui ſuſtinent te non confundentur. Confundantur: oēs iniqua agentes ſuperuacue. Vias tuas dn̄e demonſtra mihi: & ſemitas tuas edoce me. Dirige me in ueritate tua & doce me: quia tu es deus ſaluator meus. & te ſuſtinui tota die. Reminiſcere miſerationum tuarum domine: & miſericordiarum tuarū quę a ſeculo ſūt.

Delicta iuuentutis meæ & ignorantias
meas : ne memineris. Secundum miſeri-
cordiam tuam memento mei tu : propter
bonitatem tuam dñe. Dulcis & rectus
dñs propter hoc legem dabit delinquen-
tibus in via. Diriget manſuetos in iu-
dicio : docebit mites uias ſuas. Vniuerſę
uiæ domini mīa & ueritas : requirentibꝰ
teſtamentum eius & teſtimonia eius. Pro-
pter nomen tuum dñe propiciaberis pec-
cato meo : multum eſt em̄. Quis eſt ho-
mo qui timet dominū : legem ſtatuit ei in
uia quam elegit. Anima eius in bonis de-
morabitur : & ſemen eius hęreditabit ter-
ram. Firmamentum eſt dominus timenti-
bus eum : & teſtamentum ipſius ut mani-
feſtetur illis. Oculi mei ſemper ad domi-
num : qm̄ ipſe euellet de laqueo pedes me-
os. Reſpice in me & miſerere mei : quia
unicus & pauper ſum ego. Tribulatio-
nes cordis mei multiplicate ſunt : de ne-

ceſſitatibus meis erue me . Vide humilita-
tem meam & laborem meum : & dimitte
uniuerſa delicta mea . Reſpice inimicos me-
os : qm̄ multiplicati ſunt . & odio iniquo
oderunt me . Cuſtodi animam meam &
erue me : non erubeſcam : qm̄ ſperaui in te.
Innocentes & recti adheſerunt mihi : quia
ſuſtinui te . Libera deus iſrahel : ex omnibꝰ
tribulationibus ſuis.

PSALMVS. XXV.

Pro proſperitate ſtatus orat.

IVDICA ME DOMINE :
qm̄ ego in inocentia mea ingreſſꝰ
ſum . & in domino ſperans nō in-
firmabor . Proba me domine &
tenta me : ure renes meos & cor meū . Quo-
niam miſericordia tua ante oculos meos
eſt : & cōplacui in ueritate tua . Non ſedi cū
conſilio uanitatis : & cum iniqua gerenti-
bus non introibo . Odiui eccleſiam malig-
nantiū : & cum impijs non ſedebo . Laua-

bo inter innocentes manus meas : & circū-
dabo altare tuum dn̄e . Vt audiam uocē
laudis : & enarrem uniuerſa mirabilia tua.
Domine dilexi decorem domꝰ tuę : & locū
habitationis gloriæ tuæ. Ne perdas cū im-
pijs deus animam meam : & cum uiris
ſanguinum uitam meam . In quorum
manibus iniquitates ſunt : dextera eorū re-
pleta eſt muneribus . Ego autem in inocē-
tia mea ingreſſus ſum : redime me & miſe-
rere mei. Pes meus ſtetit in directo : in eccle-
ſijs benedicam te domine.

FERIA SECVNDA.

PSALMVS . XXVI.

David orat ſe deuote pre-
parans ante-
ꝗ vngeretur
in regem.

DOMINVS ILLVMINA-
tio mea & ſalus mea : quem ti-
mebo . Dominus protector ui-
tę meæ : a quo trepidabo. Dū
appropiant ſuper me nocentes : ut edāt
carnes meas . Qui tribulant me inimici
mei : ipſi infirmati ſunt & ceciderunt.



Si conſiſtant aduerſum me caſtra: non ti-
mebit cor meum. Si exurgat aduerſum
me prælıũ: in hoc ego ſperabo. Vnam pe-
cij a dño hanc requiram: ut inhabitem in
domo dñi. omnibus diebus uitæ meæ. Vt
uideam uoluntatem domini: & uiſitem
templum eius. Quoniam abſcondit me
in tabernaculo ſuo: in die malorum pro-
texit me in abſcondito tabernaculi ſui.
In petra exaltauit me: & nunc exaltauit
caput meũ ſuper inimicos meos. Circui-
ui & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam
uociferationis cantabo & pſalmum dicã do-
mino. Exaudi dñe uocem meam qua cla-
maui ad te: miſerere mei & exaudi me. Tibi di-
xit cor meum. exquiſiuit te facies mea: faci-
em tuam dñe requiram. Ne auertas faciem
tuam a me: ne declines in ira tua a ſeruo tuo.
Adiutor meus eſto ne derelinquas me; neq;
deſpicias me deus ſalutaris meus. Quo-
niam pater meus & mater mea dereliq̃-

runt me: dominus autẽ aſſumpſit me. Legem pone mihi dñe: in uia tua & dirige me in ſemita recta: propter inimicos meos. Ne tradideris me in animas tribulantium me qm̃ inſurrexerunt in me teſtes iniqui: & mẽtita eſt iniquitas ſibi. Credo uidere bona domini: in terra viuentium. Expecta dominum virilit' age: & confortetur cor tuum & ſuſtine dñm.

PSALMVS. XXVII.

AD TE DOMINE CLAMAbo: deus meus ne ſileas a me. ne quando taceas a me & aſſimulabor deſcendentibus in lacũ. Exaudi dñe uocem deprecationis meæ: dũ oro ad te. dum extollo manus meas ad templum ſanctum tuum. Ne ſimul tradas me cum peccatoribus: & cũ operantibus iniquitatem ne perdas me. Qui loquunt' pacem cum proximo ſuo: mala autem

Deuote ſe petit dauid liberari a perſecutione abſolon.

in cordibus eorum. Da illis ſecundum oꝑa
eorum: & ſecundum nequitiam adinuentio-
num ipſorum. Secundum opera manuū
eorum tribue illis: redde retributionem eo-
rum ipſis. Quoniam non intellexerunt o-
pera domini: & in opera manuum eius:
deſtrues illos & non edificabis eos. Bene-
dictus dominus: quoniā exaudiuit uocem
deprecationis meæ. Dominus adiutor meꝰ
& protector meus: & in ipſo ſperauit cor
meum & adiutus ſum. Et refloruit caro mea:
& ex uoluntate mea confitebor ei. Dominꝰ
fortitudo plebis ſuæ: & protector ſalutatio-
num chriſti ſui eſt. Saluum fac populum tu-
um domine & benedic hęreditati tuæ: & re-
ge eos & extolle illos uſqꝫ ineternum.

PSALMVS. XXVIII.

Poſt taberna-
culi cōſūma-
tionem orauit
dauid ut deuo-
te deo offeretꝛ

AFFERTE DOMINO FILIOS
dei: afferte filios arietum. Afferte
dn̄o gloriam & honorem. afferte
domino gloriam nomini eius: a-

dorate dominũ in atrio ſancto eius . Vox
domini ſup̱ aquas deus maieſtatis intonu-
it: dñs ſuper aquas multas . Vox dñi in uir-
tute: uox domini in magnificentia . Vox
dñi confringentis cedros: & confringet do-
minus cedros libani . Et cõminuet eos tan-
q̃ uitulum libani: & dilectus quem admo-
dum filius unicorniũ. Vox domini interci-
dentis flãmam ignis. uox dñi cõcutientis
deſertum: & cõmouebit dñs deſertum ca-
des . Vox domini præparantis ceruos . &
reuelabit condenſa: & in templo eius om-
nes dicent gloriam . Dominus diluuium in-
habitare facit: & ſedebit dñs rex ineternũ.
Dominus uirtutem populo ſuo dabit: do-
minus benedicet populo ſuo in pace .

PSALMVS . XXIX .

Dauid agit grãs ſibi & pplo adulterij delictũ cognoſcens dimiſſũ.

EXALTABO TE DOMĨE
qm̃ ſuſcepiſti me: nec delectaſti
inimicos meos ſuper me. Domi-
ne deus meus clamaui ad te: &

ſanaſti me. Domine eduxiſti ab inferno a-
nimam meam: ſaluaſti me a deſcendenti-
bus in lacum. Pſallite dño ſancti eius: &
confitemini memoriæ ſanctitatis eius.
Quoniam ira in indignatione eius: & ui-
ta in uoluntate eius. Ad ueſperum demo-
rabitur fletus: & ad matutinum lęticia. Ego
autem dixi in abundantia mea: non moue-
bor inæternum. Domine in uoluntate tua:
præſtitiſti decori meo uirtutem. Auertiſti
faciem tuam a me: & factus ſum conturba-
tus. Ad te dñe clamabo: & ad deum meũ
deprecabor. Quę utilitas in ſanguine meo:
dum deſcendo in corruptionem. Nunqđ
confitebitur tibi puluis: aut annunciabit
ueritatem tuam. Audiuit dñs & miſertus
eſt mei: dominus factus eſt adiutor meus.
Conuertiſti planctũ meum in gaudium mi-
hi: concidiſti ſaccum meũ & circumdediſti
me lęticia. Vt cantet tibi gloria mea & non
conpungar: dñe deus meus inæternum cõ-

fitebor tibi.

PSALMVS . xxx.

IN TE DOMINE SPERA-
ui non confundar in eternum: in iu-
ſticia tua libera me. Inclina ad me
aurem tuam: accelera ut eruas me,
Eſto mihi in deum protectorem. & in do-
mum refugij: ut ſaluum me facias. Quo-
niam fortitudo mea & refugium meum es
tu: & propter nomen tuum deduces me &
enutries me. Educes me de laqueo hoc q̄
abſconderunt mihi: qm̄ tu es protector meꝰ.
In manus tuas cõmendo ſpiritum meũ:
redemiſti me dñe deus ueritatis. Odiſti: ob-
ſeruantes uanitates ſuperuacue. Ego aũt
in dño ſperaui: exultabo & letabor in mi-
ſericordia tua. Quoniam reſpexiſti humi-
litatem meam: ſaluaſti de neceſſitatibus
animam meam. Nec concluſiſti me in ma-
nibus inimici: ſtatuiſti in loco ſpacioſo pe-

Orat dauid
ꝑeuaſione ꝑi-
culorũ pñtiuꝫ
& futurorũ q̄
formidabat

des meos . Miſerere mei dñe qm̃ tribulor :
conturbatus eſt in ira oculus meus . aĩa me-
a & uenter meus . Quoniam defecit in do-
lore uita mea : & anni mei in gemitibus .
Infirmata eſt in paupertate uirtus mea :
& oſſa mea conturbata ſunt . Super omnes
inimicos meos factus ſum opprobriũ ui-
cinis meis ualde : & timor notĳ meis . Qui
videbãt me foras fugerũt a me : obliuioni da-
tꝰ ſũ tãq̃ȝ mortuꝰ a corde . Factus ſũ tanq̃ȝ vas
ꝑditũ : qm̃ audiui vituperationẽ multorũ
cõmorantiũ in circuitu . In eo dum conue-
nirent ſimul aduerſum me : accipere animã
meam conſiliati ſunt . Ego autem in te ſpe-
raui dñe : dixi deus meus es tu . in manibꝰ tuis
ſortes mee . Eripe me de manu inimico-
rum meorum ; & a perſequentibus me . Il-
luſtra faciem tuam ſuper ſeruum tuum : ſal-
uum me fac in miſericordia tua dñe : nõ cõ-
fundar quoniam inuocaui te . Erubeſcant
impĳ & deducantur in infernum : muta fiãt

labia doloſa. Quæ loquuntur aduerſus iu-
ſtum iniquitatem: in ſuperbia & ĩ abuſione.
Quam magna multitudo dulcedinis tuæ
dñe: quam abſcondiſti timentibus te.
Perfeciſti eis qui ſperant in te: in conſpectu
filiorum hominũ. Abſcondes eos in abſcō-
dito faciei tuæ: a conturbatione hominum.
Proteges eos in tabernaculo tuo: a contra-
dictione linguarũ. Benedictus dñs: quo-
niam mirificauit miſericordiam ſuã mihi
in ciuitate munita. Ego autem dixi in
exceſſu mentis meæ: proiectus ſum a facie
oculorum tuorum. Ideo exaudiſti uocẽ
orationis meæ dum clamarem ad te.
Diligite dominum omnes ſancti eius:
qm̃ ueritatem requiret dñs & retribuet ab-
undanter facientibus ſuperbiam. Viriliter
agite & confortetur cor veſtrum: omnes
qui ſperatis in dño.

PSALMVS. XXX.

Agit gr̃as da-
uid pro remiſ-
ſio adulterij
quo ad culpā
orans ne reci-
diuet

BEATI QVORVM RE-
miſſę ſunt iniquitates : & quo-
rum tecta ſunt peccata. Beatus
uir cui non imputauit dñs pec-
catum: nec eſt in ſpiritu eius dolus.
Quoniam tacui inueterauerūt oſſa mea:
dum clamarem tota die. Quoniam die
ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua:
conuerſus ſum in erumna mea. dum cō-
figitur ſpina. Delictum meum cognitū
tibi feci: & iniuſticiam meā non abſcondi.
Dixi confitebor aduerſum me iniuſticiā
meam dño: & tu remiſiſti impietatem pec-
cati mei. Pro hac orabit ad te omnis ſan-
ctus: in tp̄e oportuno. Veruntamen in
diluuio aquarum multarū: ad eum non
approximabunt. Tu es refugium meum
a tribulatione quæ circumdedit me: exul-
tatio mea erue me a circumdantibus me.
Intellectum tibi dabo. & inſtruam te in
hac uia qua gradieris: firmabo ſuper te

oculos meos. Nolite fieri ſicut equus & mulus: quibus non eſt intellectus. In chamo & freno maxillas eorum conſtringe: qui non approximant ad te. Multa flagella peccatoris: ſperantem aũt in domino miſericordia circumdabit. Letamini in domino & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde.

PSALMVS. XXXII.

Enumerat potentiã dei no. ad laudem ei inuitãs.

EXVLTATE IVSTI IN DOmino: rectos decet collaudatio. Confitemini domino in cithara: in pſalterio decem cordarũ. pſallite illi. Cantate ei canticum nouũ: bene pſallite ei in uociferatione. Quia rectũ eſt uerbum dñi: & omnia opera eius ĩ fide. Diligit miſericordiã & iudicium: miſericordia dñi plena eſt terra. Verbo domini celi firmati ſunt: & ſpiritu oris eius oĩs virtus eorum. Congregans ſicut in utre

aquas maris : ponens in theſauris abyſ-
ſos. Timeat dn̄m omnis terra : ab eo aūt
commoueantur omnes inhabitantes or-
bem. Quoniam ipſe dixit & facta ſūt: ip̄e
mandauit & creata ſunt. Dominus diſ-
ſipat concilia gentium. reprobat autem
cogitationes populorum : & reprobat cō-
cilia principum. Conſilium aūt dn̄i inet̃-
num manet : cogitationes cordis eius
in generatione & generationem. Beata
gens cuius eſt dominus deus eius : po-
pulus quem elegit in hęreditatem ſibi. De
celo reſpexit dn̄s : uidit omnes filios
hominum. De præp̄ato habitaculo ſuo:
reſpexit ſuper omnes qui habitant terrā.
Qui finxit ſigillatim corda eorum : qui ī-
telligit oīa opera eorum. Non ſaluatur
rex per multam uirtutem : & gigas non
ſaluabitur in multitudine uirtutis ſuæ.
Fallax equus ad ſalutem : in abundantia
autem uirtutis ſuæ non ſaluabitur. Ecce

oculi domini ſuper metuentes eum : & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius. Ut eruat a morte animas eorum : & alat eos in fame. Anima noſtra ſuſtinet dominũ: qm̃ adiutor & protector noſter eſt. Quia ĩ eo lętabitur cor noſtrum : & in noĩe ſancto eius ſperauimus. Fiat miſericordia tua dñe ſuper nos quem admodum ſperauimus in te.

PSALMVS. XXXIII.

Agit grãs ꝑ liberatione ab abimelech in nobe.

BENEDICAM DOMINVM in omni tempore : ſemper laus eius in ore meo. In dño laudabitur anima mea : audiãt manſueti & letentur. Magnificate dñm mecũ: & exaltemus nomen eius in idipſum. Exquiſiui dñm exaudiuit me : & ex omnibꝰ tribulationibus meis eripuit me. Accedite ad eum & illuminamini : & facies uṝæ

non confundentur Iſte pauper clamauit
& dn̄s exaudiuit eum: & de omnibus tri-
bulationibus eius ſaluauit eum Immit-
tet angelus dn̄i in circuitu timentium eum:
& eripiet eos. Guſtate & uidete qm̄ ſua-
uis eſt dn̄s: beatus vir qui ſperat in eo.
Timete dn̄m omnes ſancti eius: qm̄ non
eſt inopia timentibus eum. Diuites egue-
runt & eſurierūt: inquirentes autem dn̄m
non minuentur omni bono. Venite filij au-
dite me: timorem dn̄i docebo uos. Quis ē
homo qui uult uitam: diliget dies uidere bo-
nos. Prohibe linguam tuam a malo: &
labia tua ne loquantur dolum. Diuerte a
malo & fac bonum: inquire pacem & per-
ſequere eam. Oculi dn̄i ſuper iuſtos: &
aures eius in preces eorum. Vultus aūt
dn̄i ſuper facientes mala: ut perdat de ter-
ra memoriam eorum. Clamauerunt iuſ-
ti & dominus exaudiuit eos: & ex omni-
bus tribulationibus eorum liberauit eos.

Iuxta eſt dominus his qui tribulato ſunt
corde: & humiles ſpiritu ſaluabit. Multæ
tribulationes iuſtorum: & de his omnibꝰ
liberabit eos dominus. Cuſtodit dn̄s oĩa
oſſa eorum: vnum ex his non conteretur.
Mors peccatorũ peſſima: & qui oderunt
iuſtum delinquent. Redimet dominus
animas ſeruorum ſuorũ: & non delin-
quent oẽs qui ſperant in eo.

PSALMVS. XXXIIII.

IVDICA DOMINE NOCĒ- Diuinũ petit auxiliũ cont̃ ſaulem.
tes me: expugna ĩpugnates me.
Apprehende arma & ſcutũ: &
exurge in adiutoriũ mihi. Ef-
funde frameam & conclude aduerſus e-
os qui perſequuntur me: dic animæ meę
ſalus tua ego ſum. Confundantur & re-
uereantur: quærentes animam meam.
Auertantur retrorſum & confundantur:
cogitantes mihi mala. Fiant tanq̃ pul-

uis ante faciem uenti; & angelus domini
coartans eos. Fiat uia illorum tenebre &
lubricum: & angelus domini perſequens
eos. Quoniam gratis abſconderunt mihi
interitum laquei ſui ſuperuacue exprobra-
uerunt animam meam. Veniat illi laque-
us quem ignorat. & captio quam abſcon-
dit appręhendat eum: & in laqueū cadat ī
ipſum. Anima aūt mea exultabit in dn̄o:
& delectabitur ſuper ſalutare ſuo. Omnia oſ-
ſa mea dicent: dn̄e quis ſimilis tibi. Eripi-
ens inopem de manu fortiorum eius: ege-
num & pauperem a diripientibus eū. Sur-
gētes teſtes iniqui: quę ignorabam interro-
gabant me. Retribuebant mihi mala pro
bonis ſterilitatem aīę meæ. Ego aūt cum
mihi moleſti eſſent: induebar cilitio hu-
miliabam in ieiunio animam meam &
oratio mea in ſinu meo conuertetur. Qua-
ſi proximū & quaſi fratrem noſtrum ſic
cōplacebam: quaſi lugens & contriſtat⁹

ſic humiliabar Et aduerſum me letati ſunt
& conuenerunt: congregata ſunt ſuper me
flagella & ignoraui. Diſſipati ſunt nec cõ-
puncti: tentauerũt me ſubſãnauerũt me
ſub ſãnatione: frenduerunt ſuper me denti-
bus ſuis. Domine quando reſpicies: reſtitue
animam meam a malignitate eorũ. a leo-
nibus unicam meam. Confitebor tibi in
eccľia magna: in ppľo graui laudabo te. Nõ
ſupergaudeant mihi qui aduerſantur mihi
inique: qui oderunt me gratis & annuunt
oculis. Quoniam mihi quidem pacifice lo-
quebantur: & in iracundia terræ loquentes
dolos cogitabant. Et dilatauerunt ſuper
me os ſuum dixerunt euge euge uiderunt
oculi noſtri. Vidiſti dñe ne ſileas: dñe ne
diſcedas a me. Exurge & intende iudicio
meo deus meus & dñs meus in cauſã me-
am. Iudica me ſcďm iuſticiam tuam dñe de-
us meus: & non ſupergaudeant mihi. Nõ
dicant in cordibus ſuis euge euge animę

noſtræ: nec dicāt deuorabimus eũ. Erubeſcant & reuereantur ſimul: qui gratulantur malis meis. Induantur confuſione & reuerentia: qui maligna loquuntur ſuꝑ me. Exultent et letentur qui uolunt iuſticiam meam: & dicant ſemper magnificetur dominus. qui uolunt pacem ſerui eius. Et lingua mea meditabitur iuſticiam tuam: tota die laudem tuam.

PSALMVS. XXXV.

Agit grās ꝑ multiplici liberatione.

DIXIT INIVSTVS VT DElinquat in ſemetipſo: non eſt timor dei ante oculos eius. Qm̃ doloſe egit in conſpectu eius: ut inueniatur iniquitas eius ad odium. Verba oris eius iniquitas & dolus: noluit intelligere ut bene ageret. Iniquitatē meditatus eſt in cubili ſuo. aſtitit omni uiæ nō bone: maliciam autem non odiuit. Domine in celo miſericordia tua: & ueritas tua uſ-

qꝫ ad nubes. Iuſticia tua ſicut montes de-
i: iudicia tua abyſſus multa. Homines
& iumenta ſaluabis domĩe quem admo-
dum multiplicaſti miſericordiam tuã deꝰ.
Filij aũt hominum: in tegmine alarum
tuarum ſperabunt. Inebriabuntur ab
ubertate domus tuæ: & torrente uolup-
tatſ tuæ potabis eos. Quoniam apud te
eſt fons uitæ & in lumine tuo videbimus
lumẽ. Prętende miſericordiam tuã ſcien-
tibus te: & iuſticiam tuam his qui recto ſũt
corde. Non ueniat mihi pes ſuperbiæ: &
manus peccatoris non moueat me. Ibi ce-
ciderunt qui operantur iniquitatẽ: expul-
ſi ſunt nec potuerunt ſtare.

PSALMVS. XXXVI.

NOLI EMVLARI IN MA-
lingnantibus: neqꝫ zelaueris fa-
cientes iniquitatem. Quoniã
tanq̃ fenum velociter areſcent:

Malorũ proſperitatẽ fugiendam: & iuſtorũ appetendam oſtendit.

&quemadmodum olera herbarũ cito deci-
dent. Spera in dño & fac bonitatem: & in
habita terram. & paſceris in diuicijs eius.
Delectare in domino: & dabit tibi petio-
nes cordis tui. Reuela dño uiam tuam &
ſpera in eo: & ipſe faciet. Et educet qua-
ſi lumen iuſticiam tuã. & iudicium tuũ
tanq̃ meridiem: ſubditus eſto domino &
ora eum. Noli emulari in eo qui proſpera-
tur in uia ſua: in homine faciente iniuſti-
cias. Deſine ab ira & derelinque furorem:
noli emulari ut maligneris. Quoniã qui
malignantur exterminabuntur ſuſtinentes
aũt dominũ ipſi hęreditabunt terram. Et
adhuc puſillũ & non erit peccator: & queres
locum eius & non inuenies. Manſueti aũt
hęreditabunt terram: & delectabuntur in
multitudine pacis. Obſeruabit peccator
iuſtum: & ſtridebit ſuper eũ dentibus ſu-
is. Dominus aũt irridebit eum: quoniã
proſpicit q, ueniet dies eius. Gladiũ eua-

ginauerunt peccatores: intenderunt arcum
ſuum. Vt decipiant pauperem & inopem:
ut trucident rectos corde. Gladius corũ in-
tret in corda ipſorum: & arcus eorum con-
fringatur. Melius eſt modicum iuſto: ſuper
diuitias peccatorum multas. Quoniam bra-
chia peccatorum conterentur: confirmat aũt
iuſtos dñs. Nouit dñs dies immaculatorum:
& hęreditas eorum inæternum erit. Non
confundentur in tempore malo: & in di-
ebus famis ſaturabuntur: quia peccato-
res peribunt. Inimici uero domini mox
ut honorificati fuerint & exaltati: defi-
cientes quemadmodum fumus deficient.
Mutuabitur peccator & non ſoluet: iuſtus
aũt miſeretur & tribuet. Quia benedicẽ-
tes ei hęreditabunt terram: maledicentes
aũt ei diſperibunt. Apud dominũ greſſus
hominis dirigentur: & uiam eius uolet.
Cum ceciderit non collidetur: quia do-
minus ſupponit manum ſuam. Iuni-

or fui etem ſenui. & non uidi iuſtū dereli-
ctum: nec ſemen eius querens panem. To-
ta die miſeretur & cōmodat: & ſemen illi-
us in benedictione erit. Declina a malo
& fac bonum: & inhabita in ſeculum ſcli.
Quia dominus amat iudicium: & nō de-
relinquet ſanctos ſuos. in æternū conſerua-
buntur. Iniuſti punientur: & ſemen impi-
orum peribit. Iuſti aūt hereditabūt terrā:
& inhabitabunt in ſeculum ſeculi ſuper
eam. Os iuſti meditabitur ſapientiā: &
lingua eius loquetur iudicium. Lex dei
eius in corde ipſius: & non ſupplantabū-
tur greſſus eius. Conſiderat peccator iuſtū:
& querit mortificare eum. Dominus aūt
non derelinquet eum in manibus eius: nec
damnabit eum cum iudicabitur illi. Ex-
pecta dn̄m & cuſtodi uiam eius. & exal-
tabit te ut hereditate capias terram: cū
perierint peccatores videbis. Vidi im-
pium ſuper exaltatum: & eleuatū ſicut

cedros libani. Et tranſiui & ecce non erat: queſiui eum & non eſt inuentus locus eius. Cuſtodi innocentiã & uide ęquitatem: qm̃ ſunt reliquie homini pacifico. Iniuſti aũt diſperibunt ſimul: reliquie ĩpiorum interibũt. Salus aũt iuſtorũ a domino & protector eorum in tempore tribulationis Et adiuuabit eos dñs & liberabit eos, & eruet eos a peccatoribus & ſaluabit eos: quia ſperauerunt in eo.

PSALMVS. XXXVII.

Recolit ſua peccata ad ſui humiliationem.

DOMINE NE IN FVRORE tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Quoniam ſagitte tuæ infixe ſunt mihi: & confirmaſti ſuper me manum tuã. Non eſt ſanitas in carne mea a facie iræ tuę: nõ eſt pax oſſibus meis a facie peccatorum meorũ. Quoniam iniquitates meæ ſupgreſſe ſunt caput meũ: & ſicut onus gra-

ue grauate ſunt ſuper me. Putruerunt &
corrupte ſunt cicatrices meæ: a facie inſi-
pientiæ meæ. Miſer factus ſum & curua-
tus ſum uſqꝫ in finem: tota die contriſta-
tus ingrediebar. Quoniam lumbi mei ĩ-
pleti ſunt illuſionibus: & non eſt ſanitas
in carne mea. Afflictus ſum & humili-
atus ſum nimis: rugiebã a gemitu cor-
dis mei. Domine ante te omne deſideri-
um meum: & gemitus meus a te nõ eſt
abſconditus. Cor meum conturbatũ eſt.
dereliquit me uirtus mea & lumẽ oculoꝝ
meorum: & ipſum non eſt mecum. Ami-
ci mei & proximi mei: aduerſũ me appro-
pinquauerũt & ſteterunt. Et qui iuxta me
erant de longe ſteterunt: & uim faciebant
qui quęrebant animã meam. Et qui in-
quirebant mala mihi locuti ſunt uanitates:
& dolos tota die meditabantur. Ego autẽ
tanq; ſurdus non audiebã: & ſicut mutus
non aperiens os ſuũ. Et factus ſum ſic̃

homo non audiens : & non habens ĩ
ore ſuo redargutiones . Quoniam in te
dñe ſperaui : tu exaudies me domine deꝰ
meus . Quia dixi nequando ſupergaude-
ant mihi inimici mei : & dum cõmouẽ-
tur pedes mei ſuper me magna locuti ſũt.
Quoniam ego in flagella paratus ſum:
& dolor meus in conſpectu meo ſemper .
Quoniam iniquitatem meam annunciabo:
& cogitabo pro peccato meo . Inimici autẽ
mei uiuunt & confirmati ſunt ſuper me :
& multiplicati ſunt quæ oderunt me iniq̄.
Qui retribunt mala pro bonis detrahebãt
mihi : qm̄ ſequebar bonitatem . Ne derelin-
quas me dñe deus meus ne diſceſſeris a me.
Intende in adiutorium meũ : domine deꝰ
ſalutis meæ . FERIA TERTIA.

PSALMVS . XXXVIII.

DIXI CVSTODIAM VIAS
meas : ut non delinquã in ling-
ua mea . Poſui ori meo cuſtodi-

Vitup̄ia ſibi illata in fuga abſolon petit terminari.



am : cum conſiſteret peccator aduerſum
me. Obmutui & humiliatus ſum & ſilui
a bonis : & dolor meus renouatus eſt .
Concaluit cor meum intra me : & in me-
ditatione mea exardeſcit ignis . Locutus
ſum in lĩgua mea : notum fac mihi dñe
finem meum . Et numerum dierum meo-
rum quis eſt : ut ſciam quid deſit mihi .
Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos : &
ſubſtantia mea tanq̃ nihilum ante te . Ve-
rũtamen vniuerſa uanitas : omnis homo
uiuens. Verũtamen in ymagine pertran-
ſit homo ſed & fruſtra conturbatur . The-
ſaurizat. & ignorat : cui congregabit ea . Et
nunc quæ eſt expectatio mea nõne dominꝰ:
& ſubſtantia mea apud te eſt. Ab omni-
bus iniquitatibus meis erue me : oppro-
brium inſipienti dediſti me . Obmutui
& non aperui os meum : qm̃ tu feciſti a-
moue a me plagas tuas . A fortitudine
manus tuæ ego defeci in increpationibꝰ:

propter iniquitatem corripuiſti hominem.
Et tabeſcere feciſti ſicut araneam animā
eius: ueruntamen uane conturbatur oīs
homo. Exaudi orationem meam dn̄e
& deprecationem meam: auribus perci-
pe lachrimas meas. Ne ſileas: qm̄ adue-
na ego ſum apud te & peregrinus. ſicut
omnes patres mei. Remitte mihi ut refrige-
rer priuſq̄ ab eam: & amplius non ero.

PSALMVS. XXXIX.

In ſpiritu in-
carnationē
xp̄i preuidēs
orans pro ſta-
tu fideliū.

EXPECTANS EXPECTA-
ui dominum: & intendit mi-
hi. Et exaudiuit preces meas
& eduxit me de lacu miſerie: &
de luto fecis. Et ſtatuit ſupra petram pe-
des meos: & direxit greſſus meos. Et ī-
miſit in os meū cāticū nouuȝ carmen deo
noſtro. Videbunt multi & timebunt: &
ſperabunt in dn̄o. Beatus uir cuiꝰ eſt no-
men dn̄i ſpes eius: & non reſpexit in ua-

nitates & inſanias falſas . Multa feciſti tu
dñe deus meus mirabilia tua : & cogi-
tationibus tuis non eſt quis ſimilis ſit ti-
bi. Anunciaui & locutus ſum : multipli-
cati ſunt ſuper numerum . Sacrificium
& oblationem noluiſti : aures autem per-
feciſti mihi. Holocauſtũ & pro peccato nõ
poſtulaſti : tunc dixi ecce uenio . In capi-
te libri ſcriptum eſt de me. ut facerem uo-
luntatem tuam deus meus uolui : & legem
tuam in medio cordis mei . Anunciaui
iuſticiam tuam in ęccleſia magna : ecce la-
bia mea non prohibebo : dñe tu ſciſti. Iu-
ſticiam tuam non abſcondi in corde meo:
ueritatem tuam & ſalutare tuum dixi.
Non abſcondi miſericordiam tuã & ue-
ritatem tuam a concilio multo . Tu autẽ
dñe ne longe facias miſerationes tuas
a me : miſericordia & ueritas tua ſemper
ſuſceperunt me. Quoniam circumdede-
runt me mala quorum non eſt numerus.

cōprehenderunt me iniquitates meæ: &
non potui ut uiderem. Aultiplicate ſunt
ſuper capillos capitis mei : & cor meum
dereliquit me. Complaceat tibi dñe ut e-
ruas me : domine ad adiuuandum me
reſpice. Confundantur & reuereantur
ſimul : qui querunt animam meam ut au-
ferant eam. Cuertantur retrorſum & re-
uereantur : qui uolunt mihi mala. Ferãt
confeſtim confuſionem ſuam : qui dicunt
mihi euge euge. Exultent & letentur ſu-
per te omnes quęrentes te : & dicant ſem-
per magnificetur dñs qui diligunt ſaluta-
re tuum. Ego autem mendicus ſum &
pauper: dñs ſollicitus eſt mei. Adiutor me-
us & protector meus tu es : deus meus ne
tardaueris. PSALMVS. xl.

BEATVS QVI INTEL-
ligit ſuper egenũ & pauperem :
in die mala liberabit eum dñs.
Dominus conſeruet eum &

Paſſionem xp̄i ſpm̄ p̄uidens pau-
ꝑtatis mort[ ]

uiuificet eum & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius. Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius: uniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius. Ego dixi dn̄e miſerere mei: ſana animā meam quia peccaui tibi. Inimici mei dixerunt mala mihi: qn̄ morietur & peribit nomen eius. Et ſi ingrediebatur ut uideret. vana loquebatur cor eius: cōgregauit iniquitatem ſibi. Egrediebatur foras: & loquebatur inidipſum. Aduerſū me ſuſurrabant omnes inimici mei: aduerſum me cogitabant mala mihi. Verbum iniquū conſtituerunt aduerſum me: nunqd qui dormit non adijciet ut reſurgat. Etenim homo pacis meæ in quo ſperaui qui edebat panes meos: magnificauit ſuper me ſupplantationē. Tu autem dn̄e miſerere mei & reſuſcita me: & retribuam eis. In hoc cognoui quoniam uo-

luiſti me : quoniam non gaudebit inimicꝰ
meus ſuper me . Me autem propter innocē-
tiam ſuſcepiſti : & confirmaſti me in con-
ſpectu tuo inęternum . Benedictus domi-
nus deus iſrael a ſeculo & uſqꝫ in ſeculū :
fiat fiat .

PSALMVS . xli .

QVEMADMODVM DESI- — Filiorū chore
derat ceruus ad fontes aquarum : — pro babyloni-
ita deſiderat anima mea ad te deꝰ. — ca liberatiōe
Sitiuit anima mea ad deū fontē — ppl'i decanta-
viuum : qn̄ ueniam & apparebo ante faci- — tio .
em dei . Fuerunt mihi lachrimę meæ pa-
nes die ac nocte : dum dicitur mihi quo-
tidie ubi eſt deus tuus . Hec recordatus
ſum & effudi in me animam meam : qm̄
tranſibo in locum tabernaculi admirabi-
lis uſqꝫ ad domum dei . In uoce exulta-
tionis & confeſſionis : ſonus epulantis .
Quare triſtis es anima mea : & quare cō-
turbas me . Spera in deo qm̄ adhuc cō-

ſitebor illi: ſalutare uultus mei & deus me9
Ad me ipſum anima mea conturbata eſt:
propterea memor ero tui de terra iordanis
& hermoniim a monte modico. Abyſſus
abyſſum inuocat: in uoce catharactarũ
tuarum. Omnia excelſa tua & fluctus tui:
ſuper me tranſierunt. In die mandauit do-
minus miſericordiam ſuam; & nocte can-
ticum eius. Apud me oratio deo uitæ meę:
dicam deo ſuſceptor meus es tu. Quare
oblitus es mei: & quare contriſtatus ince-
do, dum affligit me inimicus. Dum cõfri-
guntur oſſa mea: exprobrauerunt mihi q.
tribulant me inimici mei. Dum dicũt mi-
hi per ſingulos dies ubi eſt deus tuus: q̃re
triſtis es anima mea. & quare conturbas
me. Spera in deo qm̃ adhuc confitebor
illi: ſalutare uultus mei & deus meus.

PSALMVS. xlii.

IVDICA ME DEVS & DIScerne cauſam meam de gente nō ſancta : ab hoīe iniquo & doloſo erue me. Quia tu es de⁹ fortitudo mē. quare me repuliſti : & quare triſtis incedo, dum affligit me inimicus. Emitte lucem tuam & ueritatem tuam : ipſa me deduxerunt & adduxerunt in montem ſanctum tuum & in tabernacula tua. Et introibo ad altare dei : ad deum qui letificat iuuentutem meam. Confitebor tibi in cythara deus deus meus : quare triſtis es anima mea & quare conturbas me. Spera in deo qm̄ adhuc confitebor illi : ſalutare uultus mei & deus meus.

Rō liberationis a babilōe oſtenditur.

PSALMVS. xliii.

DEVS AVRIBVS NOSTris audiuimus patres noſtri annunciauerunt nobis. Opus qd̄ operatus es in diebus eorū: &

Pro liberatione ppli ſub antioco nobili filiorū chore orō.

in diebus antiquis . Manus tua gentes
diſperdidit & plantaſti eos : afflixiſti po-
pulos & expuliſti eos . Nec em̄ in gla-
dio ſuo poſſiderunt terram : & brachi-
um eorum non ſaluauit eos . Sed dexte-
ra tua & brachium tuum & illuminatio
uultus tui : qm̄ cõplacuiſti in eis . Tu es
ipſe rex meus & deus meus qui man-
das ſalutes iacob . In te inimicos noſ-
tros uentilabimus cornu & in noīe tuo
ſpernemus inſurgentes in nobis . Non
em̄ in arcu meo ſperabo : & gladius meꝰ
non ſaluabit me . Saluaſti em̄ nos de af-
fligẽtibꝰ nos : & odientes nos confudiſti .
In deo laudabimur tota die : & in noīe
tuo confitebimur in ſeculũ . Nunc autẽ
repuliſti & confudiſti nos : & non egre-
dieris deus in uirtutibus noſtris . Auer-
tiſti nos retrorſum poſt inimicos noſ-
tros : & q̄ oderũt nos diripiebant ſibi .
Dediſti nos tanq̄ oues eſcarũ & in

gentibus diſperſiſti nos. Vendidiſti popu-
lum tuum ſine precio: & non fuit multi-
tudo in cõmutationibus eorum. Poſu-
iſti nos opprobrium vicinis noſtris: ſub-
ſannationem & deriſum his qui in circu-
itu noſtro ſunt. Poſuiſti nos in ſimilitu-
dinem gentibus cõmotionem capitis in
pplis. Tota die uerecundia mea contra me
eſt: & confuſio faciei meæ coopuit me.
A uoce exprobrantis & obloquentis: a
facie inimici & perſequentis. Hęc oĩa ue-
nerunt ſuper nos. nec obliti ſumus te: &
inique non egimus in teſtamento tuo.
Et non receſſit retro cor noſtrũ: & decli-
naſti ſemitas noſtras a uia tua. Quoniã
humiliaſti nos in loco afflictionis: & co-
operuit nos umbra mortis. Si obliti ſu-
mus nomen dei noſtri: & ſi expandim⁹
manus noſtras ad deum alienũ. Nonne
deus requiret iſta: ipſe enim nouit abſcõdi-
ta cordis. Quoniam propter te mortificamᵘʳ

tota die eſtimati ſumus ſicut oues occiſio-
nis. Exurge quare obdormis dñe: exurge
& ne repellas ĩ fineꝫ. Quare faciem tuam
auertis: obliuiſceris inopie noſtræ &
tribulationis noſtræ. Qm̃ humiliata eſt in
puluere aĩa noſtra: conglutinatus eſt in
terra uenter noſter. Exurge dñe adiuua
nos: & redime nos propter nomen tuũ.

PSALMVS. xliiii.

De dilecti-
one xp̃i er-
ga eccleſiã
q̃ ſpiritu p̃-
uidit daui-
dis canticũ.

ERVCTAVIT COR MEVM
uerbum bonũ: dico ego opera
mea regi. Lingua mea calamus
ſcribe: uelociter ſcribentis. Spe-
cioſus forma pre filijs hominum. diffu-
ſa eſt gratia in labijs tuis: propterea bene-
dixit te deus in eternum. Accingere gla-
dio tuo ſuper femur tuũ: potentiſſime.
Specie tua & pulchritudine tua: intende
proſpere procede & regna. Propter ueri-

tatem & manſuetudinem & iuſticiam:
& deducet te mirabiliter dextera tua. Sa-
gittæ tuę acute: populi ſub te cadent in
corda inimicorum regis. Sedes
tua deus in ſeculum ſeculi: uirga dire-
ctionis uirga regni tui. Dilexiſti iuſticiã
& odiſti iniquitatem: propterea unxit te
deus deus tuus oleo leticię pre conſorti-
bus tuis. Mirra & gutta & caſia a ueſtimẽ-
tis tuis a domibus eburneis: ex quibus de-
lectauerunt te filię regum in honore tuo.
Aſtitit regina a dextris tuis in ueſtitu de
aurato: circumdata uaritate. Audi fi-
lia & uide & inclina aurem tuam: & ob-
liuiſcere populum tuũ & domũ patris
tui. Et concupiſcet rex decorem tuum:
qm̃ ipſe eſt dñs deus tuus. & adora-
bunt eum. Et filiæ tyri in muneribus:
uultum tuũ deprecabuntur omnes diui-
tes plebis. Omnis gloria eius filiæ re-
gis abintus: in fimbrijs aureis circum

amicta uarietatibus. Adducentur regi uirgines posteā: proxime eius afferent^r tibi. Afferentur in leticia & exultatiōe: adducentur in templū regis. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: constitues eos principes ſuper omnem terrā. Memor ero nominis tui: in omni generatione & generatione. Propterea populi confitebuntur tibi ineternum: & in ſeculum ſeculi.

PSALMVS. v.

Filij chore grās agūt deo vt cum prē viuo nō ſunt abſorpti.

DEVS NOSTER REFVgium & uirtus: adiutor in tribulationibus quę inuenerunt nos nimis. Propterea nō timebimus dum turbabitur terra: & tranſferentur montes in cor maris. Sonuerūt & cōturbate ſunt aquæ eorū: conturbati ſunt montes in fortitudine eius. Fluminis impetus letificat ciuitatem

dei : ſanctificauit tabernaculũ ſuum altiſ-
ſimus. Deus in medio eius non cõmoue-
bitur : adiuuabit eam deus mane diluculo
Conturbate ſunt gentes & inclinata ſunt
regna : dedit uocem ſuam & mota eſt terra.
Dominus uirtutũ nobiſcũ : ſuſceptor no-
ſter deus iacob Venite & uidete oꝑa do-
mini qui poſuit prodigia ſuper terram : au-
ferens bella uſqꝫ ad finem terræ. Arcum cõ-
teret & confringet arma & ſcuta comburet
igni. Vacate & uidete qm̃ ego ſum deus :
exaltabor in gentibus & exaltabor in ter-
ra. Dominus uirtutũ nobiſcum : ſuſcep-
tor noſter deus iacob.

PSALMVS. VI.

OMNES GENTES PLAV-
dite manibus : iubilate deo ĩ voce
exultationis. Quoniam domi-
nus excelſus terribilis : rex ma-
gnus ſuper omnem terram. Subiecit po-

Filij chore regratian-
tur deo pro
victoria ſcã
ſb ioſue in
terra chana-
an.

pulos nobis : & gentes ſub pedibus nr̄is. Elegit nobis hereditatē ſuam : ſpeciem iacob quem dilexit . Aſcendet deus in iubilo : & dn̄s in uoce tube . Pſallite deo noſtro pſallite : pſallite regi noſtro pſallite . Quoniam rex omnis terræ deus : pſallite ſapienter . Regnabit deus ſuper gentes : deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam . Principes populorū congregati ſunt cū deo abrahā qm̄ dij fortes terræ uehementer eleuati ſūt.

PSALMVS . xlvii .

Laus hieruſalem & templi qđ ſpū uidit aduentu xp̄i magis glorificari.

MAGNVS DOMINVS & laudabilis nimis : in ciuitate dei noſtri in monte ſancto eius . Fūdatur exultatione uniuerſæ terrę : mons ſyon latera aquilonis ciuitas regis magni . Deus in domibus eius cognoſcetur : cum ſuſcipiet eam . Quoniā ecce reges terrę congregati ſunt : conuenerunt in unum . Ipſi uidentes ſic admirati ſūt

conturbati ſunt commoti ſunt tremor
apprehendit eos. Ibi dolores ut par-
turientis: in ſpū vehementi conteres
naues tharſis. Sicut audiuimus ſic
vidimus in ciuitate domini virtutū.
in ciuitate dei noſtri: deus fundauit eā
in eternū. Suſcepimus deus miſericor-
diam tuam: in medio templi tui. Se-
cundum nomen tuum deus ſit & laus
tua in fines terræ: iuſticia plena eſt dex-
tera tua. Letetur mons ſyon & exultēt
filię iude: propter iudicia tua domine.
Circundate ſyon & cōplectimini eam:
narrate in turribus eius. Ponite corda
veſtra in virtute eius. & diſtribuite do-
mos eius: ut enarretis in progenie alte-
ra. Quoniam hic ē dñs deus nr̄ in eter-
num & in ſclm̄ ſcli: ipe reget nos ī ſcla.

PSALMVS. xlviii.

Iudiciũ extre-
mum ſpũ in
iuſtis formida-
bile: iuſtis ve-
ro delectabile
preuidebatur.

AVDITE HEC OMNES
gentes: auribus percipite oẽs
qui habitatis orbem. Quiq;
terrigene & filij hominũ: ſimul
in vnum diues & pauper. Os meũ
loquetur ſapientiam: & meditatio cor-
dis mei prudentiam. Inclinabo ĩ pa-
rabolam aurem meam: apperiam in
pſalterio ꝓpoſitionẽ meã. Cur timebo
in die mala: iniquitas calcanei mei cir-
cundabit me. Qui confidunt in virtu-
te ſua: & in multitudine diuitiarũ ſua-
rum gloriantur. Frater non redimit
redimet homo: non dabit deo placa-
tionem ſuam. Et precium redemptio-
nis aĩæ ſuę: & laborabit in ęternum
& viuet adhuc in finem. Non vide-
bit interitum. cum uiderit ſapientes
morientes: ſimul inſipiens & ſtultus ꝑi-
bunt. Et relinquent alienis diuicias ſu-
as & ſepulchra eorũ domus illorũ in-

ęternum. Tabernacula eorum in proge-
nie & progenie: vocauerunt noīa ſua ī
terris ſuis. Et homo cum ī honore eſſet
non intellexit: cōparatus eſt iumentis in-
ſipientibus & ſimilis factus eſt illis. Hec
via illorum ſcandalum ipis: & poſtea
in ore ſuo cōplacebunt. Sicut oues in
inferno poſiti ſunt: mors depaſcet eos.
Et dominabuntur eorum iuſti in ma-
tutino & auxilium eorum veteraſcet ī
inferno a gloria eorum. Verūtamen
deus redimet animam meā de manu
inferi: cum acceperit me. Ne timueris
cum diues factus fuerit homo: & cum
multiplicata fuerit gloria domus eius.
Quoniam cum interierit non ſumet oīa:
neqȝ deſcendet cum eo gloria eius. Quia
anima eius in vita ipſius benedicetur:
confitebitur tibi cum benefeceris ei. In-
troibit vſqȝ in progenies patrum ſuorū:
& vſqȝ in ęternum non videbit lumen.

Homo cum in honore eſſet non intel-
lexit: comparatus eſt iumentis inſipiē-
tibus: & ſimilis factus eſt illis.

PSALMVS. xlix.

Spū ꝑuidꝫ xp̄i aduentū & no-
ui teſtamenti
inſtitutionē.

DEVS DEORVM dn̄s locut⁹
eſt: & vocauit terram. A ſo-
lis ortu vſqꝫ ad occaſum: ex
ſyon ſpecies decoris eius. De-
us manifeſte veniet: deus noſter & nō
ſilebit. Ignis in conſpectu eius exardeſ-
cet: & in circuitu eius tempeſtas valida.
Aduocauit celum deſurſum: & terrā diſ-
cernere populum ſuum. Congregate illi
ſanctos eius: qui ordinant teſtamentum
eius ſuper ſacrificia. Et annunciabūt ce-
li iuſticiam eius: qm̄ deus iudex eſt. Au-
di populus meus & loquar iſrael: & teſ-
tificabor tibi deus: deus tuus ego ſum.
Non in ſacrificijs tuis arguam te: ho-
locauſta autem tua in conſpectu meo ſūt
ſemper. Non accipiam de domo tua vi-

tulos: neq; de gregibus tuis hircos.
Quoniam me ſunt oēs fere ſiluarū iu-
menta in montibus & boues. Cogno-
ui oīa volatilia celi: & pulcritudo agri
mecum eſt. Si eſuriero non dicam ti-
bi: meus eſt eñ orbis terræ & plenitu-
do eius. Nunqd manducabo carnes
taurorum: aut ſanguinem hircorum
potabo. Immola deo ſacrificiū laudſ:
& redde altiſſimo vota tua. Et inuoca
me in die tribulationis eruā te: & hono-
rificabis me. Peccatori autem dixit de-
us: quare tu enarras iuſticias meas: & aſ-
ſumis teſtamentum meum per os tuum.
Tu vero odiſti diſciplinam: & proiecíſ-
ti ſermones meos retrorſum. Si vide-
bas furem currebas cum eo: & cū adul-
teris portionem tuam ponebas. Os tu-
um abundauit malicia: & lingua tua
concinnabat dolos. Sedens aduerſ⁹
fratrem tuum loquebaris. & aduerſus

filium matris tuę ponebas ſcandalum:
hęc feciſti & tacui. Exiſtimaſti inique
ꝙ ero tui ſimilis: arguam te & ſtatuã
contra faciem tuam. Intelligite hęc q̄
obliuiſcimini deum: nequãdo rapiat
& non ſit qui eripiat. Sacrificiũ laudis
honorificabit me & illiciter quo oſten-
dam illi ſalutare dei.

PSALMVS. L.

Precatur re-
miſſionem pec-
cati adulterij
cũ bethſabee.

MISERERE MEI DEVS:
ſecundum magnam mĩam
tuam. Et ſcd̃m multitudinem
miſerationũ tuarum: dele in-
iquitatẽ meã. Ampliꝰ laua me ab ĩiquita-
te mea: & a peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatem meã ego cogno-
ſco: & peccatum meum contra me eſt
ſemp̄. Tibi ſoli peccaui & malũ coram
te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tu-

is & vincas cum iudicaris. Ecce eniꝫ
iniquitatibus conceptus ſum: & in pec-
catis concepit me mater mea. Ecce em̄
veritatem dilexiſti: incerta & occulta ſa-
pientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Aſperges
me dn̄e yſopo & mundabor: lauabis me
& ſuper niuem dealbabor. Auditui meo
dabis gaudium & leticiam: & exultab̄t
oſſa humiliata. Auerte faciem tuā a pec-
catis meis: & omnes iniquitates meas
dele. Cor mundum crea in me deus: &
ſpm̄ rectum innoua in viſceribus meis.
Ne proijcias me a facie tua: & ſpiritū
ſanctum tuum ne auferas a me. Redde
mihi leticiam ſalutaris tui: & ſpū prin-
cipali confirma me. Docebo iniquos vi-
as tuas: & impij ad te conuertentur.
Libera me de ſanguinibus deus deus
ſalutis meæ: & exultabit lingua mea iu-
ſticiam tuam. Domine labia mea ape-
ries: & os meum annunciabit laudem

tuam .Quoniam ſi voluiſſes ſacrificiũ
dediſſem : vtiqȝ holocauſtis non dele-
ctaberis .Sacrificium deo ſpiritus cõ-
tribulatus : cor contritũ & humiliatum
deus non deſpicies .Benigne fac dñe
in bona voluntate tua ſyon : vt edificẽ-
tur muri iheruſalem .Tunc acceptabis
ſacrificium iuſticiæ oblationes & ho-
locauſta : tunc imponent ſuper altare
tuum vitulos .

PSALMVS . li.

Contra de-
trectatorẽ do-
ech : q. ſibi de-
traxit.

QVID GLORIARIS IN
malicia : qui potens es ĩ iniq-
tate. Tota die ĩ iuſticiam
cogitauit lingua tua : ſicut no-
uacula acuta feciſti dolum .Dilexiſti ma-
liciam ſuper benignitatẽ : iniquitatẽ ma-
gis q̃ȝ loqui ęquitatem .Dilexiſti oĩa ver-

ba præcipitationis : lingua doloſa. Propterea deus deſtruet te in finem . euellet te & emigrabit te de tabernaculo tuo: & radicem tuā de terra viuentium. Videbunt iuſti & timebunt: & ſuper eum ridebunt & dicent. ecce homo qui nō poſuit deum adiutorem ſuum. Sed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarū: & præualuit in vanitate ſua. Ego aūt ſic̄ oliua fructifera in domo dei: ſperaui in miſericordia dei in ęternum & in ſeculum ſeculi. Confitebor tibi in ſcl̄m quia feciſti: & expectabo nomen tuū qm̄ bonum eſt in conſpectu ſanctorū tuoꝝ.

PSALMVS. LII.

Dauid in ſpiritu preuidēs captiuitatis liberationē: ſub antiocho.

DIXIT INSIPIENS IN corde ſuo : non eſt deus. Corrupti ſunt & abhominabiles facti ſūt ī iniquitatibus non



eſt qui faciat bonum . Deus de celo pro-
ſpexit ſuper filios hoīm : ut videat ſi
eſt intelligens aut requirens deū . Om-
nes declinauerunt ſimul inutiles facti
ſunt : non eſt qui faciat bonum nō eſt
vſq; ad vnum . Nonne ſcient omnes q.
operantur iniquitatem : qui deuorant
plebem meam vt cibum panis .
Deum non inuocauerunt : illic trepida-
uerunt timore vbi non fuit timor . Qm̄
deus diſſipauit oſſa eorum qui hoībus
placent confuſi ſunt : qm̄ deus ſpreuit
eos . Quis dabit ex ſyon ſalutare iſrael.
cū auerterit dn̄s captiuitatem plebis
ſuæ exultabit iacob & letabitur iſrael.

Orat dauid pro liberatione ſua a ziphe-is.

PSALMVS . LIII.

DEVS IN
noīe tuo ſaluum me fac : & ī
virtute tua iudica me . Deus
exaudi orationem meam au-

ribus percipe verba oris mei. Quoniã
alieni inſurrexerunt aduerſum me. &
fortes quęſierunt aĩam meam: & non
propoſuerunt deũ ante conſpectũ ſuũ.
Ecce eñ deus adiuuat me: & dñs ſuſ-
ceptor eſt animæ meæ. Auerte mala ini-
micis meis: & in veritate tua diſperde il-
los. Voluntarie ſacrificabo tibi: & con-
fitebor nomini tuo dñe qm̃ bonum eſt.
Quoniam ex omni tribulatione eripui-
ſti me: & ſuper inimicos meos deſpex-
it oculus meus.

PSALMVS. LIIII.

Grãs agit de liberatione qñ de ceila fugiẽs fuit liberatꝰ

EXAVDI DEVS ORA-
tionem meam. & ne deſpex-
eris depræcationẽ meã: ĩtende
mihi & exaudi me. Contriſ-
tatus ſum in exercitatione mea: & cõ-
turbatus ſum a voce inimici & a tri-
bulatione peccatoris. Quoniam de-

-clinauerunt in me iniquitates: & ĩ ira
moleſti erant mihi. Cor meum contur-
batum eſt in me: & formido mortis ce-
cidit ſuper me. Timor & tremor ve-
nerunt ſuper me & contexerunt me te-
nebre. Et dixi quis dabit mihi pẽnas
ſicut columbę: & volabo & requieſcã.
Ecce elongaui fugiens: & manſi in ſo-
litudine. Expectabam eum qui ſaluũ
me fecit a puſillanimitate ſpũs: & tem-
peſtate. Precipita dñe diuide linguas eo-
rum: quoniam vidi iniquitatem & cõ-
tradictionem in ciuitate. Die ac nocte
circumdabit eam ſuper muros eius ini-
quitas: & labor in medio eius & iniuſ-
ticia. Et non defecit de plateis eius vſu-
ra & dolus. Quoniam ſi inimicus meꝰ
maledixiſſet mihi: ſuſtinuiſſem vtiqȝ.
Et ſi his qui oderat me ſuper me mag-
na locutus fuiſſet: abſcondiſſem me
forſitan ab eo. Tu vero homo vna-

nimis: dux meus & notus meus. Qui
ſimul mecum dulces capiebas cibos:
in domo dei ambulauimus cũ conſẽ-
ſu. Veniat mors ſuper illos & deſcen-
dant in infernum viuentes. Quoniam
nequicie in habitaculis eorum: in me-
dio eorum. Ego autem ad deum cla-
maui: & dominus ſaluauit me. Veſpe
& mane & meridie narrabo & annun-
ciabo: & exaudiet vocem meam. Re-
dimet in pace animam meam ab his q.
appropinquant mihi: qm̃ inter mul-
tos erãt mecum. Exaudiet deus & hu-
miliabit illos: qui eſt ante ſecula. Nõ
enim eſt illis cõmutatio. & non timu-
erunt deum: extendit manum ſuaȝ
in retribuendo. Contaminauerunt
teſtamentũ eius. diuiſi ſunt ab ira
vultus eius: & appropinquauit cor il-
lius. Molliti ſunt ſermones eius ſuper
oleũ: & ipſi ſunt iacula. Iacta ſuper

dominū curam tuā. & ipſe enutriet te : & non dabit in ęternum fluctuationē iuſto. Tu vero deus : deduces eos in puteum interitus. Viri ſanguinum & doloſi nō dimidiabunt dies ſuos : ego autem ſperabo in te domine.

PSALMVS. lv.

Pro liberatione captiuitatis coram achis

MISERERE MEI DEVS : qm̄ conculcauit me homo : tota die impugnans tribulauit me. Conculcauerunt me inimici mei tota die : qm̄ multi bellantes aduerſus me. Ab altitudine diei timebo : ego vero in te ſperabo. In deo laudabo. ſermones meos : in deo ſperaui non timebo quid faciat mihi caro. Tota die verba mea exercebantur aduerſum me omnes cogitationes eorum in malū. Inhabitabunt & abſcondent ipſi calcaneū

meum obſeruabunt. Sicut ſuſtinuerũt aĩam meam. pro nihilo ſaluos facies illos: in ira populos confringes. Deus vitam meam annunciaui tibi: poſuiſti lachrimas meas in conſpectu tuo. Sicut & in promiſſione tua tunc conuertentur inimici mei retrorſum. In quacumqȝ die inuocauero te: ecce cognoui qm̃ deus meus es. In deo laudabo verbum: in dño laudabo ſermonem: ĩ deo ſperaui non timebo quid faciat mihi homo. In me ſunt deus vota tua: quę reddam laudationes tibi. Quoniam eripuiſti animam meã de morte. & pedes meos de lapſu: vt placeam coraȝ deo in lumine viuentium.

PSALMVS. lvi.

Orat pro liberatione a ſaul in ſpelũca.

MISERERE MEI DEVS miſerere mei: qm̃ ĩ te confidit aĩa

mea. Et in vmbra alarum tuarū ſpera-
bo: donec tranſeat iniquitas. Clamabo
ad deum altiſſimum: deum qui bene-
fecit mihi. Miſit de celo & liberauit me:
dedit in opprobrium conculcātes me.
Miſit deus miſericordiam ſuam &
veritatem ſuam. & eripuit aīam meā
de medio catulorum leonum: dormi-
ui conturbatus Filij hoīm dentes eo-
rum arma & ſagittæ: & lingua eorū
gladius acutus. Exaltare ſuper celos
deus: & in omnem terram gloria tua.
Laqueum parauerunt pedibus meis:
& incuruauerūt animam meā. Fode-
rūt ante faciem meam foueam: & inci-
derunt in eam. Paratum cor meū deus
paratum cor meum: cantabo & pſal-
mum dicam. Exurge gloria mea. exur-
ge pſalteriū & cythara: exurgam dilu-
culo. Confitebor tibi in populis dn̄e:
& pſalmū dicam tibi in gentibus. Qm̄

magnificata eſt vſqꝫ ad celos mĩa tua:
& vſqꝫ ad nubes veritas tua. Exaltare
ſuper celos deus: & ſuper omnem terrã
gloria tua.

PSALMVS. lvii.

SI VERE VTIQVE IVS-
ticiam loquimini: recte iudica-
te filij hoĩm. Etenim in corde
iniquitates operamini in terra:
iniuſticias manus veſtræ concinnant. Ali-
enati ſunt peccatores a vulua. errauerũt
ab vtero: locuti ſunt falſa. Furor illis ſe-
cundum ſimilitudinem ſerpentis: ſicut
aſpidis ſurde & obturantis aures ſuas.
Quæ nõ exaudiet vocem incantantium:
& venefici incantantis ſapienter. Deus cõ-
teret dentes eorum in ore ipſorũ: molas
leonũ confringet dominus. Ad nihilum
deuenient tanq̃ aqua decurrens: intendit
arcum ſuum donec infirmentur. Sicut
cera quæ fluit auferentur: ſupercecidit ig-

Predicit da-
uid ſaul &
ſuis iuſtam
penam.

nis & non viderunt ſolem. Priuſq; intel-
ligerent ſpinę veſtræ ramnũ: ſicut viuen-
tes ſic in ira abſorbet eos. Letabitur iuſ-
tus cum viderit uindictam: manus ſu-
as leuabit in ſanguine peccatoris. Et di-
cet homo. ſi vtiq; eſt fructus iuſto. vtiq;
eſt deus iudicans eos in terra.

PSALMVS. lviii.

Orat dauid pro liberatione qñ ſaul dominũ eius cuſtodiuit.

ERIPE ME DE INIMICIS
meis deus meus: & ab inſurgẽ-
tibus in me libera me. Eripe
me de operantibus iniquitatẽ:
& de viris ſanguinũ ſalua me. Quia ec-
ce ceperunt aĩam meam: irruerunt in me
fortes. Neq; iniquitas mea neq; peccatũ
meum dñe: ſine iniquitate cucurri & di-
rexi. Exurge in occurſũ meum & vide: &
tu domine deus virtutũ deus iſrael. In-
tende ad viſitandas omnes gentes: nõ

miſerearis omnibus qui operantur ini-
quitatem. Conuertentur ad veſperã. &
famẽ pacientur vt canes: & circuibũt
ciuitatem. Ecce loquentur in ore ſuo:
& gladius in labijs eorum: qm̃ quis au-
diuit. Et tu dñe deridebis eos: ad nihilũ
deduces omnes gentes. Fortitudinẽ meã
ad te cuſtodiam. quia deus ſuſceptor meꝰ
es: deus meus mĩa eius præueniet me.
Deus oſtendit mihi ſuper inimicos me-
os. ne occidas eos: ne quando obliuiſcã-
tur ppl̃i mei. Diſperge illos in virtute
tua: & depone eos protector meus dñe.
Delictum oris eorum ſermonẽ labiorũ
ipſorum: & comprehendantur in ſuper-
bia ſua. Et de execratione & mendatio
anunciabuntur in conſumatione: ĩ ira
conſumationis & non erunt. Et ſcient
quia deus dñabitur iacob: & finitũ ter-
ræ. Conuertentur ad veſperam. & famẽ
pacientur vt canes: & circuibunt ciuita-

tem. Ipſi diſpergentur ad manducandũ:
ſi vero non fuerint ſaturati & murmura-
bunt. Ego autem cantabo fortitudinem
tuam: & exaltabo mane miſericordiam
tuam. Quia factus es ſuſceptor meus
& refugium meum: in die tribulationis
meæ. Adiutor meus tibi pſallam. quia
deus ſuſceptor meus es: deus meus mĩa
mea.

PSALMVS. lix.

Zach. De multiplici va-
ſtatione reg-
ni iſrael plan-
ctus eiuſdem
reſtitutionem
predicens.

DEVS REPVLISTI NOS
& deſtruxiſti nos: iratus es &
miſertus es nobis. Cõmouiſti
terram & conturbaſti eam: ſana
contritiones eius quia comota eſt. Oſtẽ-
diſti populo tuo dura: potaſti nos vino
cõpunctionis. Dediſti metuentibꝰ te ſig-
nificationẽ: vt fugiant a facie arcus. Vt
liberentur dilecti tui ſaluũ fac dextera tu-

a & exaudi me. Deus locutus eſt in ſan-
cto ſuo: letabor & ꝑtibor ſichimam. & cō-
uallem tabernaculorum metibor. Deus
eſt galaad & meus eſt manaſſes: & effra-
ym fortitudo capitis mei. Iuda rex me-
us: moabolla ſpei meæ. In ydumeā ex-
tendam calciamentū meum: mihi alieni-
gene ſubditi ſunt. Quis deducet me in ci-
uitatem munitam: quis deducet me vſqꝫ
in ydumeam. Nonne tu deus qui repu-
liſti nos: & non egredieris deus in vir-
tutibus noſtris. Da nobis auxilium de
tribulatione: quia vana ſalus hoīs. In
deo faciemus virtutem: & ipſe ad ni-
hilum deducet tribulantes nos.

PSALMVS. lx.

Agit grās deo pro e-longatione a ſaul.

EXAVDI DEVS DEPRE-
cationem meam: intende orō-
ni meæ. A finibus terræ ad te
clamaui dum anxiaretur cor

meum: in petra exaltaſti me. Deduxiſti
me quia factus es ſpes mea: turris forti-
tudinis a facie inimici. Inhabitabo ī ta-
bernaculo tuo in ſecula: protegar in vela-
mento alarum tuarū. Quoniam tu deus
meus exaudiſti or̃onem meam: dediſti
hereditatem timentibus nomen tuum.
Dies ſuper dies regis adijcies: annos eiꝰ
vſqꝫ in diem generationis & generatio-
nis. Permanet inęternum in conſpectu
dei: miſericordiam & veritatem eius q̄s
requiret. Sic pſalmum dicam noī tuo in
ſeculū ſeculi: vt reddam vota mea de die
in diem.

PSALMVS. lxi.

Pſalmus a dauid cōpo-
ſitꝰ poſtqꝫ
manſit in
terra iuda.

NONNE DEO SVBIECTA
erit aīa mea: ab ipſo em̄ ſaluta-
re meum. Nam & ipſe
deus meus & ſalutaris meus:
ſuſceptor meus non mouebor amplius.
Quouſqꝫ irruitis in hoīem: interficitis

vniuerſi vos. tanq̃ꝑ parieti inclinato & macerie depulſe. Veruntñ preciũ meum cogitauerũt repellere. cucurri in ſiti: ore ſuo bñdicebant & corde ſuo male dicebant. Verũtamen deo ſubiecta eſto aĩa mea: qm̃ ab ipſo pacientia mea. Quia ipſe deus meus & saluator meus: adiutor meus non emigrabo. In deo ſalutare meum: & gloria mea: deus auxilij mei & ſpes mea ĩ deo eſt. Sperate in eo omnis congregatio pplĩ. effundite coram illo corda veſtra: deus adiutor noſter in ęternũ. Verũtamẽ vani filij hoĩm mendaces: filij hoĩm in ſtateris: vt decipiãt ipĩ de vanitate ĩ idipm̃. Nolite ſperare ĩ iniq̃tate & rapinas nolite cõcupiſcere diuitię ſi affluant nolite cor apponere. Semel locutus eſt deus duo hæc audiui. quia poteſtas dei eſt et tibi dñe mĩa: quia tu reddis vnicuiq; iuxta opa ſua. PSAL: lxii.

Orauit dauid in deſertis iu-
dee aduerſario-
rũ predicens
deiectionẽ.

DEVS DEVS MEVS: AD
te de luce vigilo. Sitiuit in
te anima mea: quam multi-
pliciter tibi caro mea. In ter-
ra deſerta in via & in aquoſa. ſic in ſã-
cto apparui tibi: vt viderem virtutẽ
tuam & gloriam tuam. Quoniam me-
lior eſt miſericordia tua ſuper vitas: la-
bia mea laudabũt te. Sic benedicã te
in vita mea: & in noĩe tuo leuabo ma-
nus meas. Sicut adipe & pĩguedi-
ne repleatur anima mea: & labi-
js exultationis laudabit os meũ. Si
memor fui tui ſuper ſtratum meũ. ĩ ma-
tutinis meditabor in te: quia fuiſti ad-
iutor meus. Et in velamento alarũ
tuarũ exultabo. adheſit aĩa mea poſt
te: me ſuſcepit dextera tua. Ipſi vero
inuanum quęſierunt aĩam meam ĩtro-
ibunt in inferiora terræ: tradentur in
manus gladij ꝑtes vulpium erunt.

Rex vero letabitur in deo: laudabūtur
omnes qui iurant in eo quia obſtru-
ctum eſt os loquentium iniqua.

PSALMVS. lxiii.

Dauid in ſpi-
ritu preuidit
danielem in la-
cū leonū proi-
ciendū.

EXAVDI DEVS ORA-
tionē meā cū deprecor: a ti-
more inimici eripe aīam me-
am. Protexiſti me a cōuen-
tu malignantium: a multitudine ope-
rantium iniquitatem. Quia exacuerūt
vt gladium linguas ſuas intenderunt
arcū rem amaram: vt ſagittent in occul-
tis īmaculatum. Subito ſagittabūt eū
& nō timebūt eū: firmauerunt ſibi ſer-
monem nequam. Narrauerūt vt ab-
ſconderent laqueos: dixerunt: quis
videbit eos. Scrutati ſūt iniquitates:
defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. Acce-
det homo ad cor altū: & exaltabitur
deus. Sagittæ puulorū factę ſunt pla-

ge corum : infirmate ſunt contra eos lĩ-
guæ eorum . Conturbati ſunt omnes
qui videbant eos & timuit omnis ho-
mo . Et annunciauerũt opera dei : &
facta eius intellexerũt . Letabitur iuſ-
tus in dño & ſperabit in eo : & lauda-
buntur omnes recti corde .

PSALMVS . lxiiii .

Redeuntes a babylonia preuidit in ſpũ .

TE DECET HYMNVS DEꝰ
in ſyon : & tibi reddetur votũ
in iheruſalem . Exaudi orõ-
nem meam ad te omnis caro
veniet . Verba iniquorum præualue-
runt ſuper nos : & impietatibus nr̃is
tu propiciaberis . Beatus quem elegi-
ſti & aſſumpſiſti : inhabitabit in atrijs
tuis . Replebimur in bonis domꝰ tuæ :
ſanctum eſt templũ tuum mirabile in

equitate. Exaudi nos deus ſalutaris nr̄:
ſpes oīm finium terræ & in mari lōge.
Preparans montes in virtute tua accin-
ctus potentia : qui conturbas profun-
dum maris ſonum fluctuū eius. Turba-
buntur gentes & timebūt qui habitāt ter-
minos a ſignis tuis: exitus matutini & ve-
ſpere delectabis. Viſitaſti terram et inebri-
aſti eam: multiplicaſti locupletare eā. Flu-
men dei repletum eſt aquis: paraſti cibum
illorum qm̄ ita eſt præparatio eius. Riuos
eius inebria. multiplica genimina eius: ī
ſtillicidijs eius letabitur germinans. Bene-
dices corone anni benignitatis tuæ & cā-
pi tui replebuntur vbertate. Pingueſcēt ſpe-
cioſa deſerti: & exultatione colles accin-
gentur. Induti ſunt arietes ouiū & valles
abundabunt frumento: clamabūt etenī
hymnum dicent.

PSALMVS. lxv.

Inducit ad
laudē dei po-
pulū pro libe-
ratione ab e-
gypto.

IVBILATE DEO OMNIS
terra pſalmū dicite noī eius: da-
te gloriam laudi eius. Dicite
deo qm̄ terribilia ſūt opera tua
dn̄e: in multitudine virtutis tuæ mentiē-
tur tibi inimici tui. Omnis terra adoret
te deus & pſallat tibi: pſalmū dicat noī
tuo. Venite & videte opa dei: terribilis
in conſilijs ſuper filios hominum. Qui
conuertit mare in aridam. in flumine p-
tranſibunt pede: ibi letabimur ī ipſo.
Qui dn̄atur in virtute ſua in eternū. ocu-
li eius ſuper gentes reſpiciunt: qui exaſp-
ant non exaltentur in ſemetipſis. Bene-
dicite gentes deum noſtrum: & auditā
facite vocem laudis eius. Qui poſuit
aīam meam ad vitam: & non dedit in
cōmotionem pedes meos. Qm̄ probaſti
nos deus: igne nos examinaſti ſic exami-
natur argentū. Induxiſti nos in laq-
um. poſuiſti tribulationes in dorſo no-

ſtro: impoſuiſti hoĩes ſuper capita nr̃a. Tranſiuimus per ignem & aquam: & eduxiſti nos in refrigerium. Introibo in domum tuam in holocauſtis: reddam tibi vota mea quę diſtinxerũt labia mea. Et locutũ eſt os meum: ĩ tribulatione mea. Holocauſta medullata offeram tibi cum incenſo arietum: offeram tibi boues cum hyrcis. Venite audite & narrabo omnes qui timetiſ deum: quanta fecit animæ meæ. Ad ipſum ore meo clamaui: & exultaui ſub lĩgua mea. Iniquitatẽ ſi aſpexi in corde meo non exaudiet dñs. Propterea exaudiuit deus: & attendit voci deprecationis meæ. Benedictus deus. qui nõ amouit orõnem meam & mĩam ſuam a me.

PSALMVS. lxvi.

Prophetizat de xp̄i incarnatione & inter hoĩes eiꝰ conuerſatiõe.

DEVS MISEREATVR NOſtri & benedicat nobis: illumi-

net vultum ſuum ſuper nos & miſere-
atur noſtri. Vt cognoſcamus in terra
viam tuā: in omnibus gentibus ſa-
lutare tuum. Confiteantur tibi pplī
deus: confiteantur tibi pplī omnes.
Letētur & exultent gentes: qm̄ iudicas
pplos in ęquitate: & gentes in terra diri-
gis. Confiteantur tibi pplī deus: con-
fiteantur tibi pplī omnes: terra dedit
fructum ſuū. Benedicat nos deus de⁹
noſter. benedicat nos deus: & metuant
eum omnes fines terræ.

PSALMVS. lxvii.

Poſt reſurre-
ctionem & aſ-
cenſionez xp̄i
bn̄ficia exhi-
benda prophe-
tizat.

EXVRGAT DEVS ET DIS-
ſipentur inimici eius: & fugiāt
qui oderunt eum a facie eius.
Sicut deficit fumus deficiant:
ſicut fluit cera a facie ignis ſic pereant pec-
catores a facie dei. Et iuſti epulentur &
exultent in conſpectu dei & delectentur
in leticia. Cantate deo pſalmū dicite no-

mini eius . iter facite ei qui aſcendit ſuper
occaſum : dñs nomen illi. Exultate in cõ-
ſpectu eius turbabuntur a facie eius pa-
tris orphanorum & iudicis viduarũ.
Deus in loco ſancto ſuo : qui inhabi-
tare facit vnius moris in domo . Qui e-
ducit vinctos in fortitudine : ſimiliter eos
qui exaſperant. qui habitant in ſepulcris.
Deus cũ egredieris in conſpectu ppl'i tui:
cum pertranſires in deſerto . Terra mo-
ta eſt. etẽ celi diſtillauerunt a facie dei ſi-
nai: a facie dei iſrael . Pluuiam volun-
tariam ſegregabis deus hereditati tuæ.
& īfirmata eſt: tu vero perfeciſti eã: Ani-
malia tua habitabũt in ea : paraſti in dul-
cedine tua pauperi deus . Dominus da-
bit verbum euangeliſantibus: virtute
multa . Rex virtutum dilecti dilecti: &
ſpeciei domus diuidere ſpolia . Si dor-
miatis inter medios cleros pene colũbe
deargentate : & poſteriora dorſi eius in

pallore auri. Dum diſcernit celeſtis re-
ges ſuper eam. niue dealbabuntur ĩ ſel-
mō: mons dei mons pinguis. Mons co-
agulatus mons pinguis: vt qd ſuſpi-
camini montes coagulatos. Mons in q̊
bn̄placitum eſt deo habitare in eo etem̄
dn̄s habitabit in fine͂. Currus dei de-
ce͂ milibus multiplex. milia letantium:
dominus in eis in ſynai in ſancto. Aſce͂-
diſti in altum cepiſti captiuitatem: acce-
piſti dona in hoĩbus. Etem̄ non creden-
tes: inhabitare dn̄m deum. Benedictus
dn̄s die quottidie: proſperum iter faciet
nobis deus ſalutarium nr̄orum. Deus
nr̄ deus ſaluos faciendi: & domini dn̄i
exitus mortis. Veruntn̄ deꝰ confringet
capita inimicorum ſuorum: verticem ca-
pilli perambulantium in delictis ſuis.
Dixit dn̄s ex baſan conuertam: ꝯuertā
in profundum maris. Vt intinguatur
pes tuus in ſanguine: lingua canū tuorū

ex inimicis ab ipſo. Viderunt ingreſſus
tuos deus : ingreſſus dei mei regis mei q
eſt in ſancto. Preuenerũt principes con-
iuncti pſallentibus : in medio iuuencu-
larum tympaniſtriarũ. In eccl'ijs bene-
dicite deo : dño de fontib⁹ iſrael. Ibi ben-
iamin adoleſcentulus : in mentis exceſſu.
Principes iuda duces eorum : principes
ʒabulon principes neptalim. Manda de⁹
virtuti tuæ : confirma hoc deus qd' opat⁹
es in nobis. A templo tuo in iheruſalem:
tibi offerent reges munera. Increpa fe-
ras arũdĩs : congregatio taurorum in vac-
cis ppl'orum vt excludant eos qui proba-
ti ſunt argento. Diſſipa gentes quæ bel-
la volũt. venient legati ex egypto : ethi-
opia præueniet manus eius deo. Regna
terræ cantate deo : pſallite dño. Pſallite
deo: qui aſcendit ſuper celum celi ad oriẽ-
tem. Ecce dabit voci ſuæ vocem virtu-
tis date gloriam deo ſup iſrael : magnifi-





centia eius & virtus eius in nubibus. Mi-
rabilis deus in ſanctis ſuis. deus iſrael
ipſe dabit virtutem & fortitudinem ple-
bi ſuæ: benedictus deus.

FERIA QVINTA.
PSALMVS. lxviii.

Petit in perſo-
na eccleſię li-
berationem
a perſequen-
tib9.

SALVVM ME FAC DEVS:
qm̄ intrauerunt aquæ vſq; ad
aĩam meam Infixus ſum in
limo ꝓfundi: & non eſt ſubſtã-
tia Veni ĩ altitudinem maris: & tempeſtas
dimerſit me Laboraui clamans. raucefa-
ctę ſunt fauces meæ: defecerunt oculi mei
dum ſpero in deum meum Multiplicati
ſunt ſuper capillos capitis mei: qui ode-
runt me gratis Confortati ſunt qui per-
ſecuti ſunt me inimici mei iniuſte: quæ
non rapui tunc exſoluebam Deus tu
ſcis inſipientiam meam: & delicta mea
a te non ſunt abſcondita Non erubeſ-
cant in me qui exſpectant te dñe: dñe



virtutũ. Non confundantur ſuper me: q̄
quęrunt te deus iſrael. Quoniam prop-
ter te ſuſtinui opprobriũ: operuit confu-
ſio faciem meam. Extraneus factus ſũ
fratrib⁹ meis: & ꝑegrinus filíjs matris
meæ. Quoniam zelus domus tuæ cõme-
dit me & opprobria exprobrantiũ tibi
ceciderunt ſuper me. Et operui in ieiuni-
o animã meam: & factum eſt in obpro-
briũ mihi. Et poſui veſtimentum meũ
ciliciũ & factus ſum illis in parabolam.
Aduerſum me loquebantur qui ſedebãt
in porta: & in me pſallebant qui bibe-
bant vinũ. Ego vero or̃onem meam ad
te dñe: tp̃s bñplaciti deus. In multitudi-
ne miſericordiæ tuæ exaudi me: in veri-
tate ſalutis tuæ. Eripe me de luto ut nõ
infigar: libera me ab his qui oderũt me.
& de profundis aquarum. Non me de-
mergat tẽpeſtas aq̃: neq; abſorbeat me pro-
fundũ: neq; vrgeat ſuper me puteus os

ſuum. Exaudi me dñe qm̃ benigna eſt mi-
ſericordia tua: ſcd̃m multitudinem miſe-
rationum tuarum reſpice in me. Et ne
auertas faciem tuam a puero tuo: qm̃ tri-
bulor velociter exaudi me. Intende aĩæ
meæ & libera eam: propter inimicos me-
os eripe me. Tu ſcis in properium & cõ-
fuſionem meam: & reuerentiam meam.
In conſpectu tuo ſunt omnes qui tribulãt
me: improperium exſpectauit cor meũ &
miſeriam. Et ſuſtinui qui ſimul contriſ-
taretur & non fuit: & qui conſolaretur
& non inueni. Et dederunt in eſcam meã
fel: & in ſiti mea potauerunt me aceto. Fi-
at menſa eorum coram ipſis in laqueũ:
& in retributiones & in ſcandalum. Obſcu-
rentur oculi eorum ne videant: & dorſũ
eorum ſemper incurua. Effunde ſuper
eos iram tuam: & furor iræ tuę comprehẽ-
dat eos. Fiat habitatio eorum deſerta: &
in tabernaculis eorum non ſit qui inhabi-

tet. Quoniam quem tu percuſſiſti perſecu-
ti ſunt: & ſuper dolorem vulnerum meo-
rum addiderũt. Appone iniquitatẽ ſup
iniquitatem eorum: & non intrent in
iuſticiam tuam. Deleantur de libro vi-
uentium: & cum iuſtis non ſcribantur.
Ego ſum paup & dolens: ſalus tua de9
ſuſcœpit me. Laudabo nomen dei cũ cã-
tico: & magnificabo eum in laude. Et
placebit deo ſuper vitulum nouellũ: cor-
nua producentem & vngulas. Videant
paupes & letentur: querite deum & viuet
aĩa veſtra. Quoniam exaudiuit paupes
dñs: & vinctos ſuos non deſpexit. Lau-
dent illum celi & terra: mare & oĩa rep-
tilia in eis. Quoniam deus ſaluam faci-
et ſyon: & edificabuntur ciuitates iude.
Et inhabitabunt ibi: & hereditate acqui-
rent eam. Et ſemen ſeruorum eius poſſi-
debit eam: & qui diligunt nomen ei9 ha-
bitabũt in ea. PSALMVS. lxix.

PSALMVS . lxix .

Petit liberationem a filio ſuo abſolon.

DEVS IN ADIVTORIVM meum intende: domine ad adiuuandum me feſtina. Confũdantur & reuereantur: qui quęrunt aĩam meam Auertantur retrorſum & erubeſcant: qui volunt mihi mala. Auertantur ſtatim erubeſcentes: qui dicunt mihi euge euge. Exultent & lętentur inte oẽs qui quærunt te: & dicant ſp̄ magnificetur dñs qui diligunt ſalutare tuum Ego vero egenꝰ & paup̄ ſum: deus adiuua me. Adiutor meus & liberator meus es tu: dñe ne moreris.

PSALMVS . lxx .

Orat dauid pro ſua liberatione.

IN TE DOMINE SPERAVI nõ cõfundar ĩeternũ: in iuſticia tua libera me & eripe me. Inclina

ad me aurẽ tuam: & ſalua me. Eſto mihi
in deum protectorem & in locum muni-
tum: vt ſaluum me facias. Quoniam
firmamentũ meum: & refugium meũ es
tu. Deus meus eripe me de manu pecca-
toris: & de manu contra legem agentis &
iniqui. Qm̃ tu es pacientia mea dñe: dñe
ſpes mea a iuuẽtute mea. In te confirmatus
ſum ex utero: de ventre matris meæ tu es
protector meus. In te cantatio mea ſemꝑ.
tanq̃ prodigium factus ſum multis: &
tu adiutor fortis. Repleatur os meũ lau-
de: ut cantem gloriam tuam. tota die ma-
gnitudinem tuã. Ne proĳcias me in tp̃e
ſenectutis: cũ defecerit uirtus mea ne de-
relinquas me. Quia dixerũt inimici mei
mihi: & qui cuſtodiebant aĩam meam
conſilium fecerunt in vnũ. Dicentes de-
us dereliquit eum: perſequimini & con-
p̃hendite eum. quia non eſt qui eripiat.
Deus ne elongeris a me: deus meus ĩ

auxilium meum reſpice. Confundantˇ
& defiant detrahentes aĩæ meæ: operi-
antur confuſione & pudore qui quæ-
runt mala mihi. Ego autem ſemper ſpe-
rabo: & adijciam ſuper omnem laudē
tuam. Os meum annunciabit iuſticiā
tuam: tota die ſalutare tuum. Quoniā
non cognoui litteraturam introibo in
potentias dñi: domine memorabor
iuſticię tuæ ſolius. Deus docuiſti me a
iuuentute mea & vſqꝫ nunc: pronunci-
abo mirabilia tua. Et uſqꝫ in ſenectā
& ſeniū: deus ne derelinquas me. Do-
nec annunciem brachium tuū: gene-
rationi oĩ quę uentura eſt. Potentiā
tuam & iuſticiam tuam deus vſqꝫ ĩ al-
tiſſima quę feciſti magnalia: deus qs
ſimilis tibi. Quantas oſtendiſti mihi
tribulationes multas & malas: & cō-
uerſus viuificaſti me. & de abyſſis ter-
ræ iterum reduxiſti me. Multiplicaſti

magnificentiam tuā: & conuerſus con-
ſolatus es me. Nam & ego confitebor
tibi in vaſis pſalmi veritatem tuā deus:
pſallam tibi in cythara ſanctus iſrael.
Exultabunt labia mea cū cantauero ti-
bi: & aīa mea quam redemiſti. Sed &
lingua mea tota die meditabitur iuſtici-
am tuam: cum confuſi & reueriti fuerint
qui querūt mala mihi.

PSALMVS . lxxi.

Prophetice denunciat xp̄i regiā dignitatē.

DEVS IVDICIVM TVVM
regi da: & iuſticiam tuā filio re-
gis. Iudicare populū tuum in
iuſticia: & pauperes tuos in iu-
dicio. Suſcipiant montes pacem pplo:
& colles iuſticiam. Iudicabit pauperes
ppli. & ſaluuos faciet filios pauperum:
& humiliabit calumniatorē. Et perma-
nebit cum ſole & ante lunā: in genera-
tione & generationem. Deſcendet ſicut plu-

uia in vellus : & ſicut ſtillicidia ſtillantia
ſuper terram . Orietur in diebus eius iuſti-
cia: & abundantia pacis : donec auferā-
tur luna . Et dñabitur a mari vſqꝫ ad ma-
re : & a flumine vſqꝫ ad terminos orbis ter-
rarum . Coram illo procident ethiopes :
& inimici eius terram lingent Reges
tharſis & inſulę munera offerent : reges
arabum & ſaba dona adducent . Et ado-
rabunt eum omnes reges : omnes gentes
ſeruient ei . Quia liberabit pauperem a po-
tente : & pauperem cui non erat adiutor.
Parcet pauperi & inopi & aĩas pauperꝝ
ſaluas faciet . Ex uſuris & iniquitate re-
dimet aĩas eorum : & honorabile nomẽ
eorum coram illo Et viuet & dabitur
ei de auro arabiæ . & adorabũt de ipo ſp:
tota die bñdicet ei . Erit firmamentũ in ter-
ra in ſummis montiũ . ſup extolletur ſup
libanum fructus eius : & florebũt de ci-
uitate ſicut fenum terræ . Sit nomen ei⁹

bn̄dictum in ſecula ante ſolem permanet
nomen eius. Et bn̄dicētur in ipſo omnes
tribus terræ: omnes gentes magnifica-
bunt eum. Benedictus dn̄s deus iſra-
el: qui facit mirabilia ſolus. Et benedi-
ctum nomen maieſtatis eius in ęternū.
& replebitur maieſtate eius oīs terra: fi-
a fiat.

PSALMVS. lxxii.

QVAM BONVS ISRAEL
deus: his qui recto ſunt corde.
Mei autem pene moti ſunt pe-
des: pene effuſi ſunt greſſus mei.
Quia zelaui ſuper iniquos: pacem pec-
catorum videns. Quia non eſt reſpectꝰ
morti eorum: & firmamentū in plaga
eorum. In labore hominum non ſunt: &
cum hoībus non flagellabuntur Ideo
tenuit eos ſuꝑbia: operti ſunt iniquita-
te & impietate ſua Prodijt quaſi ex adi-
pe iniquitas eorum tranſierūt in affectū

Laudat di-
uinam pro-
uidentiam
q̄ oīa bn̄ diſ-
ponit.

cordis. Cogitauerunt & locuti ſunt ne-
quiciam: iniquitatem in excelſo locuti
ſunt. Poſuerunt in celum os ſuum: & lĩg-
ua eorum tranſiuit in terra. Ideo cõuer-
tetur populus meus hic: & dies pleni ĩ-
uenientur in eis. Et dixerunt quõ ſcit
deus: & ſi eſt ſcientia in excelſo. Ecce
ipſi peccatores & abundantes in ſeculo:
obtinuerunt diuitias. Et dixi ergo ſine
cauſa iuſtificaui cor meum. & laui ĩter
innocentes manus meas. Et fui flagel-
latus tota die: & caſtigatio mea in ma-
tutinis. Si dicebam narrabo ſic: ecce
nationem filiorum tuorum reprobaui.
Exiſtimabam ut cognoſcerem: hoc la-
bor eſt ante me. Donec intrem in ſan-
ctuarium dei: & intelligam in nouiſſi-
mis eorum. Veruntamen propter dolos
poſuiſti eis: deieciſti eos dum alleuarẽ-
tur. Quomodo facti ſunt in deſolatio-
nem. ſubito defecerunt: ꝑierunt ꝓpter

iniquitatem ſuam. Velut ſomnium ſur-
gentium dñe in ciuitate tua ymaginem
ipſorum ad nihilum rediges. Quia īflā-
matum eſt cor meū. & renes mei con-
mutati ſunt: & ego ad nihilum redact9
ſum & neſciui. Vt iumentū factus apd'
te: & ego ſemper tecum. Tenuiſti ma-
num dexteram meam: & in voluntate
tua deduxiſti me. & cum gloria ſuſce-
piſti me. Quid enim mihi eſt in celo:
& a te quid volui ſuper terram. Defecit
caro mea & cor meum: deus cordis mei
& pars mea deus in ęternū. Quia ecce
qui elongant ſe a te peribunt: perdidi-
ſti oēs qui fornicantur abſ te. Mihi au-
tem adherere deo bonum eſt: ponere ī do-
mino deo ſpem meā. Vt annunciē oēs
prædicationes tuas in portis filiæ ſyō.

PSALMVS. lxxiii.

In ſpū preui-
dit captiuita-
tem babyloni-
cam petens li-
berationē eiuſ-
dem.

VT QVID DEVS REPVLI
ſti in finem: iratus eſt furor tuꝰ
ſuper oues paſcue tuæ. Memor
eſto congregationis tuę quam
poſſediſti ab inicio. Redemiſti virgā hæ-
reditatis tuæ: mons ſyon in quo habita-
ſti in eo. Leua manus tuas in ſuperbi-
as eorum in finem: quanta malignatus
eſt inimicus in ſancto. Et gloriati ſunt
qui oderunt te: in medio ſolēnitatis tuę.
Poſuerunt ſigna ſua ſigna. & non cog-
nouerunt: ſicut in exitu ſuper ſummum.
Quaſi in ſilua lignorum ſecuribus exci-
derunt ianuas eius in idip̄m: in ſecuri
& aſcia deiecerūt eam. Incenderūt ig-
ni ſanctuarium tuū in terra: polluerunt
tabernaculū nōis tui. Dixerunt in cor-
de ſuo cognatio eorū ſiml' qeſcere faciamꝰ
omnes dies feſtos dei a terra. Signa no-
ſtra non vidimus. iam non eſt prophe-
ta: & nos non cognoſcet amplius. Vſq;

quo deus improperabit inimicus: irri-
tat aduerſarius nomen tuum in finem.
Vt quid auertis manū tuam & dexterā
tuam: de medio ſinu tuo in finem. De9
aūt rex noſter ante ſecula: operatus eſt
ſalutem in medio terrę. Tu confirmaſ-
ti in virtute tua mare: contribulaſti ca-
pita draconū in aquis. Tu confregiſti
capita draconis dediſti eum eſcam po-
pulis ethiopum. Tu dirupiſti fontes &
torrentes: tu ſiccaſti fluuios ethan. Tu-
us eſt dies & tua eſt nox: tu fabricatus
es auroram & ſolem. Tu feciſti omnes
terminos terræ: eſtatem & ver tu plaſ-
maſti ea. Memor eſto huius inimicus
improperauit dn̄o: & ppl'us inſipiens ī-
citauit nomen tuū. Ne tradas beſtijs
aīas confitentes tibi: & animas paup-
um tuorum ne obliuiſcaris in finē. Re-
ſpice in teſtamentum tuum: quia repleti
ſunt qui obſcurati ſunt terræ domibus in-

iquitatum. Ne auertatur humilis factus
confuſus: pauper & inops laudabunt
nomen tuū. Exurge deus iudica cau-
ſam tuam: memor eſto improperioruꝫ
tuorum quæ ab inſipiente ſunt tota die.
Ne obliuiſcaris voces inimicorū tuoꝝ:
ſuperbia eorum qui te oderūt aſcendit
ſp̄.

PSALMVS. lxxiiii.

Grās agit deo in perſo-na ppli reuer-tentis a cap-tiuitate babi-lonica.

CONFITEBIMVR TIBI
deus confitebimur: & inuoca-
bimus nomen tuū. Narrabimꝰ
mirabilia tua: cum accep̄o tp̄s
ego iuſticias iudicabo. Liquæfacta eſt
terra & omnes qui habitant in ea: ego
confirmaui columnas eius. Dixi iniqꝫ
nolite iniquæ agere: & delinquentibꝰ
nolite exaltare cornu. Nolite extollere ī
altum cornu veſtrum: nolite loqui ad-
uerſus deū iniquitatem. Quia neqꝫ ab
oriente neqꝫ ab occidente neqꝫ a deſerti

montibus: qm̄ deus iudex eſt. Hunc
humiliat & hunc exaltat: quia calix in
manu dñi vini meri plenus mixto. Et
inclinauit ex hoc in hoc verũtamen vex
eius non eſt exinanita: bibent omnes
peccatores terræ. Ego aũt ãnunciabo
in ſeculum: cãtabo deo iacob Et omnia
cornua peccatorum confringam: & ex-
altabuntur cornua iuſti.

PSALMVS. lxxv.

Pro deietio-
ne ſennache-
rib affligen-
tis iudeam.

NOTVS IN IVDEA: DEꝰ
in iſrahel magnum nomẽ eiꝰ.
Et factus eſt in pace locus eius:
& habitatio eius in ſyon. Ibi
confregit potentias: arcum ſcutum &
gladiũ & bellum. Illuminans tu mira-
biliter a montibus eternis: turbati ſunt
omnes inſipientes corde. Dormierũt
ſomnum ſuũ: & nihil inuenerũt oẽs vi-
ri diuitiarum in manibꝰ ſuis. Ab incre-

patione tua deus iacob : dormitauerunt
omnes qui aſcenderunt equos. Tu ter-
ribilis es & qs reſiſtet tibi: ex tunc ira
tua. De celo auditum feciſti iudicium:
terra tremuit & quieuit. Cum exurge-
ret in iudicio deus : vt ſaluos faceret oēs
manſuetos terrę. Quoniam cogitatio
hoīs confitebitur tibi: & reliquie cogi-
tationis diem feſtum agent tibi. Voue-
te & reddite dn̄o deo vr̄o: omnes qui
in circuitu eius affertis munera. Terri-
bili & ei qui aufert ſp̄m principum: terribi-
li apud reges terræ.

PSALMVS. lxxvi.

Spū p̄uidit captiuitatē iudeorū.

VOCE MEA AD DOMINV̄
clamaui: voce mea ad deū. &
intendit mihi. In die tribula-
tionis meæ deū exquiſiui ma-
nibus meis nocte contra eum: & non
ſum deceptus. Renuit conſolari anima
mea memor fui dei & delectatus ſū: &

exercitatus ſum & defecit ſpūs meus.
Anticipauerunt vigilias oculi mei: tur-
batus ſum & non ſū locutus. Cogitaui
dies antiquos & annos eternos in men-
te habui. Et meditatus ſum nocte cū cor-
de meo: & exercitabor & ſcobebam ſpm̄
meum. Nunqď in eternum proijciet deꝰ:
aut nō apponet vt complacitior ſit adhuc.
Aut in finem miſericordiam ſuā abſci-
det: a generatiōe in generationem. Aut
obliuiſcetur miſereri deus: aut conti-
nebit in ira ſua miſericordias ſuas. Et
dixi nunc cepi: hęc mutatio dextere ex-
celſi. Memor fui operum dñi: quia me-
mor ero ab inicio mirabilium tuorum.
Et meditabor in omnibus opibus tuis:
& in adinuentionibus tuis exercebor. Deꝰ
in ſancto via tua. quis deꝰ magnus ſicut deꝰ
nr̄: tu es deus qui facis mirabilia. No-
tū feciſti in pplis virtutem tuam: redemi-
ſti in brachio tuo pplm tuū. filios iacob

& ioſeph. Viderunt te aquæ deus. vide-
runt te aquæ & timuerunt: & turbati ſũt
abyſſi. Multitudo ſonitus aquarum: vo-
cem dederunt nubes. Etenim ſagittæ
tuę tranſeunt: vox tonitrui tui in rota.
Illuxerunt choruſcationes tuę orbi ter-
ræ: cõmota eſt & contremuit terra. In
mari via tua. & ſemitæ tuę in aquis
multis: & veſtigia tua non cognoſcen-
tur. Deduxiſti ſicut oues ppl̃m tuum: in
manu moyſi & aaron.

Aſaph ex ſcripturis oſtendit reg-nũ iſrael ad dauid & ſu-os poſteros pertinere.

ATTENDITE POPVLE meꝰ
legem meam: inclinate aurem
veſtram in verba oris mei. Ape-
riam in ꝑabolis os meum: loq̄r
propoſitiones ab inicio. Quanta audi-
uimus & cognouimus ea: & pr̃es nr̃i
narrauerũt nobis. Non ſunt ocultata
a filijs eorum: in generatione altera.

Narrantes laudes dñi & virtutes eius:&
mirabilia eius quæ fecit. Et ſuſcitauit teſti-
moniũ in iacob:& legẽ poſuit ĩ iſrael. Quan-
ta mandauit prĩbus noſtris nota facere
ea filijs ſuis: vt cognoſcat generatio alte-
ra. Filij qui naſcentur & exurgent: & nar-
rabunt filijs ſuis. Vt ponant in deo ſpem
ſuam. & non obliuiſcantur operum dei:
& mandata eius exquirant. Ne fiant ſic̃
patres eorum: generatio praua & exaſp̃ãs.
Generatio quæ non direxit cor ſuũ: & nõ
eſt creditus cum deo ſpũs eius. Filij ef-
frem intendentes & mittentes arcũ cõuer-
ſi ſunt in die belli. Non cuſtodierunt teſta-
mentũ dei: & in lege eius noluerunt am-
bulare. Et obliti ſunt bñfactorum eius: &
mirabiliũ eius quę oſtendit eis. Corã pa-
tribus eorum fecit mirabilia in terra egy-
pti: in campo thaneos. Interrupit mare
& p̱duxit eos & ſtatuit aquas quaſi ĩ vtre.
Et deduxit eos in nube diei: & tota nocte

in illuminatione ignis Interrupit petrã
in heremo: & adaquauit eos velut in abyſ-
ſo multa. Et eduxit aquam de petra & de-
duxit tanq̃ꝫ flumina aquas. Et apposue-
runt adhuc peccare ei: in irã excitauerũt
excelſũ in aquoſo. Et tẽtauerũt deum in
cordibus ſuis: ut peterent eſcas animabꝰ
ſuis. Et male locuti ſunt de deo: dixerũt
nunqd poterit deus parare menſam ĩ de-
ſerto. Quoniam percuſſit petram & flux-
erunt aquæ: & torrentes mundauerunt.
Nunquid & panem poterit dare: aut pa-
rare menſam pplo ſuo. Ideo audiuit dñs
& diſtulit: & ignis accenſus eſt in iacob.
& ira aſcendit in iſrael. Quia non credi-
derunt in deo: nec ſpauerunt in ſalutari
eius. Et mandauit nubibus deſup: & ia-
nuas celi aperuit. Et pluit illis manna ad
manducandũ: & panem celi dedit eis.
Panem angelorum manducauit homo:
cibaria miſit eis in abundantiã. Tranſ-

tulit auſtrũ de celo: & induxit in virtute
ſua affricum. Et pluit ſupereos ſicut pul-
uerem carnes: & ſicut arenam maris vo-
latilia pennata. Et ceciderunt in medio
caſtrorũ eorum: circa tabernacula eo-
rum. Et manducauerũt & ſaturati ſunt
nimis: & deſideriũ eorum attulit eis: nõ
ſunt fraudati a deſiderio ſuo. Adhuc eſce
eorum erant in ore ipſorũ: & ira dei aſcẽ-
dit ſup eos. Et occidit pingues eorũ: &
electos iſrael impediuit. In omnibus his
peccauerunt adhuc & non crediderũt in
mirabilibus eius. Et defecerunt in va-
nitate dies eorũ: & anni eorum cũ feſti-
natione. Cum occideret eos querebant
ad eum: & reuertebantur & diluculo ve-
niebant ad eũ. Et rememorati ſũt quia
deus adiutor eſt eorũ: & deus excelſus
redemptor eorum eſt. Et dilexerũt eum
in ore ſuo: & lingua ſua mentiti ſunt ei.
Cor autem eorũ non erat rectũ cum eo:

nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius.
Ipſe autem eſt miſericors. & propici⁹ fiet
peccatis eorum: & non diſperdet eos.
Et abundauit ut auerteret iram ſuã: &
non accendit omnem iram ſuam. Et re-
recordatus eſt quia caro ſunt: ſpũs va-
dens & non rediens. Quotiens exacer-
bauerũt eum in deſerto: in ira concita-
uerunt eum in ĩaquoſo. Et conuerſi ſũt
& tentauerunt deum: & ſanctum iſrael
exacerbauerunt. Non ſunt recordati
manus eius: die qua redemit eos de ma-
nu tribulantis. Sicut poſuit in egypto
ſigna ſua: & prodigia ſua in campo-
thaneos. Et conuertit in ſanguinẽ flu-
mina eorum: & imbres eorum ne bibe-
rent. Miſit in eos cynomiam & come-
dit eos: & ranam & diſperdidit eos. Et
dedit erugini fructus eorũ: & labores
eorum locuſte. Et occidit in grandine
vineas eorũ: & moros eorum ĩ pruina.

Et tradidit grandini iumenta eorū: &
poſſeſſionem eorū igni. Miſit in eos iram
indignationis ſuę. indignationem & irā
& tribulationem. immiſſiones per ange-
los malos. Viam fecit ſemittę iræ ſuæ: &
non pepercit a morte aīabus eorum: &
iumenta eorum in morte concluſit. Et
ꝑcuſſit omne primogenitum in terra egy-
pti: primitias oīs laboris eorū in taber-
naculis chā. Et abſtulit ſicut oues pplm̄
ſuū: & perduxit tanꝙ gregem in deſerto.
Et deduxit eos in ſpe & non timuerūt
& inimicos eorū oꝑuit mare. Et indu-
xit eos in montem ſanctificationis ſuæ:
montem quem acquiſiuit dextra eius. Et
eiecit a facie eorū gentes: & ſorte diuiſit
eis terram in funiculo diſtributionis. Et
habitare fecit in tabernaculis eorū: tribꝰ
iſrael. Et tentauerunt & exacerbauerunt
deum excelſum: & teſtimonia ei-
us non cuſtodierunt. Et a-

uerterunt ſe & non ſeruauerũt pactum : quem admodũ patres eorũ : conuerſi ſunt in arcum prauũ . In ira concitauerũt eum in collibus ſuis : & in ſculptilibus ſuis ad emulationem eum prouocauerunt . Audi- uit deus & ſpreuit : & ad nihilũ redegit valde iſrahel . Et repulit tabernaculũ ſi- lo : tabernaculũ ſuum vbi habitauit in ho- minibus . Et tradidit in captiuitatẽ vir- tutem eorum : & pulchritudinem eorũ in manus inimici . Et concluſit in gla- dio pplm ſuũ : & hereditatem ſuam ſpre- uit . Iuuenes eorum comedit ignis : & virgines eorum non ſunt lamentate . Sa- cerdotes eorum in gladio ceciderũt : & vidue eorũ non plorabantur . Et excica- tus eſt tanq̃ dormiens dñs : tanq̃ potẽs crapulatus a vino . Et percuſſit inimi- cos ſuos in poſteriora : opprobriũ ſempi- ternum dedit illis . Et repulit tabernacu- lum ioſeph : & tribũ effrem non elegit.

Sed elegit tribū iuda: montem ſyon quē dilexit. Et edificauit ſicut vnicorniū ſacrificium ſuum: in terra quam fundauit in ſecula. Et elegit dauid ſeruū ſuum: & ſuſtulit eum de gregibus ouium: depoſt fetantes accepit eū. Paſcere iacob ſeruū ſuum: & iſrael hereditatem ſuam. Et pauit eos innocentia cordis ſui: & in intellectibus manuum ſuarū deduxit eos.

PSALMVS. lxxviii.

Orat pro reſtauratione templi qđ vidit deſtruendū.

DEVS VENERVNT GENtes in hereditatem tuā. polluerunt templū ſanctum tuū: poſuerūt iheruſalem in pomorū cuſtodiam. Poſuerunt morticina ſeruorum tuorū eſcas volatilibus celi: carnes ſanctorū tuorum beſtijs terræ. Effuderūt ſangninē eorū tanq̄ aquam in circuitu iheruſalem: & non erat qui ſepeliret. Facti ſumus opprobriū vicinis noſtris: ſubſanatio & illuſio hijs que in circuitu

noſtro ſunt. Vſquequo dn̄e iraſceris in finem: accendetur velud ignis zelus tuus. Effunde iram tuam in gentes quę te nō nouerūt: & in regna quę nomen tuū nō inuocauerūt. Quia comederūt iacob: & locum eius deſolauerunt. Ne memineris iniquitatū nr̄arum antiquarū. cito āticipent nos mīę tuæ: quia paupes facti ſumus nimis. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: & propter gloriam nomīs tui dn̄e libera nos: & propicius eſto peccatis nr̄is propter nomen tuū. Ne forte dicant in gentibus vbi eſt deus eorum & innoteſcat in nationibus corā oculis noſtris. Vltio ſanguinis ſeruorū tuorum qui effuſus eſt: introeat in conſpectu tuo gemitus cōpeditorū. Secūdum magnitudinē brachij tui: poſſide filios mortificatorū. Et redde vicinis noſtris ſeptuplū in ſinu eorū improperium ipſorum qđ exprobauerunt

tibi dñe. Nos aũt pplĩus tuus & oues
paſcue tuæ: confitemur tibi in ſeculum.
In generatione & generationem: anũ-
ciabimus laudem tuã.

PSALMVS . lxxix.

QVI REGIS ISRAEL IN-
tende: qui deducis velut ouem
ioſeph. Qui ſedes ſuper cheru-
bin: manifeſtare coram effraỹ
benyamin & manaſſe. Excita potentiã
tuam & veni: vt ſaluos facias nos. Deꝰ
conuerte nos: & oſtende faciem tuã &
ſalui erimus. Domine deus virtutũ: q̊-
uſqꝫ iraſceris ſuper orationem ſerui tui.
Cibabis nos pane lacrimarũ: & potũ
dabis nobis in lacrimis in menſura.
Poſuiſti nos in contradictionem vici-
nis noſtris: & inimici noſtri ſubſanna-
uerunt nos. Deus virtutũ cõuerte nos

Orat de pro-
ceſſu xp̄i &
eccleſię petẽs
vineã domini
ad ꝑfectũ vſqꝫ
duci.

&oſtende faciem tuã & ſalui erimus.
Vineam de egypto tranſtuliſti: eieciſti
gentes & plantaſti eam. Dux itineris
fuiſti in conſpectu eius: & plantaſti ra-
dices eius & impleuit terram. Operuit
montes vmbra eius: & arbuſta eius ce-
dros dei. Extendit palmites ſuos uſ-
qꝫ ad mare: & vſqꝫ ad flumen propagi-
nes eius. Vt quid deſtruxiſti maceriaꝫ
eius: & vindemiant eam oẽs qui præ-
tergrediũtur viam. Exterminauit eã aꝑ
de ſilua: & ſingularis ferus depaſtus ẽ
eam. Deus virtutum conuertere: re-
ſpice de celo & vide & viſita vineã iſtã.
Et ꝑfice eam quam plantauit dextera
tua: & ſuper filiũ hoĩs quem confirma-
ſti tibi. Incenſa igni & ſuffoſſa: ab ĩcre-
patione vultus tui peribunt. Fiat manꝰ
tua ſuper virũ dextere tuæ: & ſuꝑ filium
hoĩs quem confirmaſti tibi. Et non diſ-
cedimus a te: viuificabis nos & nomen

tuũ inuocabimus. Domine deus virtu-
tum conuerte nos: & oſtende faciem tuã
& ſalui erimus.

FERIA SEXTA.
PSALMVS. lxxx.

EXVLTATE DEO ADIV-
tori noſtro: iubilate deo iacob.
Sumite pſalmũ & date tympa-
nũ: pſalteriũ iocundũ cũ cytha-
ra. Buccinate in neomenia tuba: in inſig-
ni die ſolẽnitatis veſtræ. Quia preceptũ
in iſrael eſt: & iudiciũ deo iacob. Teſti-
moniũ in ioſeph poſuit illud: cum exiret
de terra egypti linguã quam non nouerat
audiuit. Diuertit ab oneribus dorſũ eius:
manus eius in cophino ſeruierũt. In tri-
bulatione inuocaſti me & liberaui te. exau-
diui te in abſcondito tempeſtatis: probaui
te apud aquam contradictionis. Audi po-
pule meus & conteſtabor te iſrael ſi audi-
eris me non erit in te deus recens: neq; ado-

In perſona populi agit gratias pro completã fru-ctuum colle-ctione.



rabis deum alienū. Ego em̄ ſum dn̄s de⁹
tuus qui eduxi te de terra egypti: dilata
os tuum & implebo illud. Et non audi-
uit pplꝰs meus vocem meā: & iſrael nō
intendit mihi. Et dimiſit eos ſcd̄m deſi-
deria cordis eorū: ibunt in aduentionib⁹
ſuis. Si ppl's meus audiſſet me: iſrael ſi
in vijs meis ambulaſſet. Pro nihilo for-
ſitan inimicos eorū humiliaſſem: & ſu-
per tribulantes eos miſiſſem manū me-
am. Inimici dn̄i mentiti ſunt ei: & e-
rit tempus eorū in ſecula. Et cibauit il-
los ex adipe frumenti: & de petra mel-
le ſaturauit eos.

PSALMVS. lxxxi.

Petit peruer-
ſos iudices
ad diuinā du
ci equitatē.

DEVS STETIT IN SYNA-
goga deorum; in medio aūt de-
os dijudicat. Vſq3quo iudica-
tis iniquitatem: & facies pec-
catorum ſumitis. Iudicate egeno &
pupillo: humilem & pauperem iuſtifi-

cate. Eripite pauꝑem: & egenū de ma-
nu peccatoris liberate. Neſcierunt ne-
qȝ intellexerūt. in tenebris ambulant
mouebuntur omnia fundamenta ter-
ræ. Ego dixi dij eſtis: & filij excelſi.
oēs. Vos aūt ſicut hoīes moriemini:
& ſicut vnus de principibus cadetis.
Surge deus iudica terram: qm̄ tu he-
reditabis in omnibus gentibus.

PSALMVS. lxxxii.

Contra ſēnacherib & alios contra iudeā venientes.

DEVS QVIS SIMILIS erit
tibi: ne taceas neqꝫ cōpeſcaris
deus. Quoniam ecce inimici
tui ſonuerunt: & qui oderūt
te extulerūt caput. Suꝑ ppl'm tuū ma-
lignauerūt conſiliū: & cogitauerunt
aduerſus ſanctos tuos. Dixerunt ve-
nite & diſperdamus eos de gente: &
non memoretur nomen iſrael vltra.
Quoniam cogitauerūt vnanimiter:

ſimul aduerſuz te teſtamentũ diſpoſue-
rũt tabernacula ydumeorũ & iſmahe-
lite. Moab & aggareni gebal & amon
& amelech & alienigene cum habitanti-
bus tyrũ. Etem̃ aſſur venit cum illis:
facti ſunt in adiutoriũ filijs loth. Facil-
lis ſicut madiã & ſyſare: ſicut iabin in
torrente cyſon. Diſpierunt ĩ endor: facti ſũt
vt ſterc⁹ terrę. Pone principes eorũ ſicut o-
reb & zeb & zebee & ſalmana. Omnes
prĩcipes eorũ q̱ dixerũt hereditate poſſide-
am⁹ ſãctuariũ dei. Deus meus pone illos
vt rotam & ſicut ſtipulam ante faciem
venti. Sicut ignis qui cõburit ſiluam: &
ſicut flamma cõburens montes. Ita ꝑſe-
queris illos in tempeſtate tua: & in ira
tua turbabis eos. Imple facies eorum
ignominia: & querent nomen tuũ dñe.
Erubeſcant & conturbentur in ſeculũ
ſeculi: & confundantur & ꝑeant. Vt cog-
noſcant quia nomen tibi dñs: tu ſol⁹

altiſſimus in omnia terra.

PSALMVS. lxxxiii.

QVAM DILECTA TABERnacula tua dñe virtutũ: concupiſcit & deficit anima mea in atria dñi. Cor meum & caro mea exultauerũt in deum viuũ. Etenĩ paſſer ĩuenit ſibi domũ: & turtur nidum vbi reponat pullos ſuos. Altaria tua domine virtutum: rex meus & deus meꝰ. Beati qui habitãt in domo tua dñe: in ſecula ſeculorũ laudabũt te. Beatus vir cuius eſt auxiliũ abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarũ in loco quem poſuit. Etenĩ bñdictionem dabit legiſlator. ibunt de virtute in virtutem: videbitur deus deorũ in ſyon. Domine deus virtutũ exaudi orationem meam auribus ꝑcipe deus iacob. Protector noſter aſpice deus: & reſpice

David exprimit deſideriũ ſanctorũ exiſtẽtiũ in via perueniendi ad pãtriam.

in faciem xp̄i tui. Quia melior eſt dies
vna in atrijs tuis : ſuper milia. Elegi
abiectus eſſe in domo dei mei : magiſ-
q̃ habitare in tabernaculis peccatorum.
Quia miſericordiã & veritatem dili-
git deus : gratiam & gloriam dabit do-
minus. Non priuabit bonis eos qui
ambulant in innocentia : domine vir-
tutum beatus homo qui ſperat in te.

PSALMVS. lxxxiiii.

Agit gratias pro reditu a babylonia & perfecta xp̄i liberatione fienda.

BENEDIXISTI DOMINE
terram tuam : auertiſti capti-
uitatem iacob. Remiſiſti ini-
quitatem plebis tuæ opuiſti
omnia peccata eorum. Mitigaſti oẽz
iram tuã : auertiſti ab ira indignatio-
nis tuæ. Conuerte nos deus ſaluta-
ris noſter : & auerte iram tuã a nobiſ.

Nūqd in eternū iraſceris nobis: aut extendēs
iram tuam a generatione in generatio-
nem. Deus tu conuerſus viuificabis
nos: & plebs tua letabitur in te. Oſten-
de nobis dn̄e mīam tuam: & ſaluta-
re tuū da nobis. Audiam quid loqua-
tur in me dn̄s deus: qm̄ loquetur pacē
in plebem ſuā. Et ſuper ſanctos ſuos: &
in eos qui conuertūtur ad cor. Verūta-
men prope timentes eū ſalutare ipſiꝰ:
vt inhabitet gloria in terra noſtra. Mi-
ſericordia & veritas obuiauerūt ſibi: iu-
ſticia & pax oſculate ſunt. Veritas de ter-
ra orta eſt: & iuſticia de celo proſpexit.
Etem dn̄s dabit benignitatem: & terra
nr̄a dabit fructū ſuum. Iuſticia ante eū
ambulabit: & ponet in via greſſus ſuos.

PSALMVS. lxxxv.

INCLINA DOMINE AVrē
tuā mihi & exaudi me: qm̄ ī-
ops & pauꝑ ſum ego. Cuſto-

Orat pro li-
beratione a
ſaule.

di animam meã qm̃ ſctũs ſum : ſaluũ
fac ſeruũ tuum deus meus ſperantem in
te. Miſerere mei dñe qm̃ ad te clamaui
tota die: letifica aĩam ſerui tui. qm̃ ad
te dñe animam meã leuaui. Quoniam
tu dñe ſuauis & mitis & multę miſeri-
cordię omnibus inuocantibus te. Auri-
bus percipe dñe orationem meã: & in-
tende voci depręcationis meæ. In die
tribulationis meæ clamaui ad te: qa
exaudiſti me. Non eſt ſimilis tui in dijs
dñe: & non eſt ſcdm̃ opera tua. Omnes
gentes quaſcũq; feciſti. venient & ado-
rabũt coram te dñe: & glorificabũt no-
men tuũ. Quoniam magnus es tu & fa-
ciens mirabilia: tu es deus ſolus. De-
duc me dñe in via tua & ingrediar in
veritate tua: letetur cor meũ vt timeat
nomen tuũ. Confitebor tibi dñe deus
meus in toto corde meo: & glorifica-
bo nomen tuũ in ęternũ. Quia miſeri-

cordia tua magna eſt ſuper me: & eruiſti
animam meam ex inferno inferiori.
Deus iniqui inſurrexerunt ſuper me.&
ſynagoga potentium quęſierũt animã
meam: & non propoſuerũt te in cõſpe-
ctu ſuo. Et tu dñe deus miſerator & mi-
ſericors: paciens & multę miſericordie
& verax. Ieſpice in me & miſerere mei.
da imperiũ tuũ puero tuo: & ſaluum fac
filiũ ancillæ tuę. Fac mecũ ſignum ĩ bo-
no. ut videant qui oderũt me & confũ-
dantur: qm̃ tu dñe adiuuiſti me & con-
ſolatus es me.

PSALMVS. lxxxvi.

FVNDAMENTA EIVS Ĩ
montibus ſanctis: diligit dñs
portas ſyon ſuper omnia ta-
bernacula iacob. Glorioſa di-
cta ſunt de te: ciuitas dei. Memor ero
raab & babilonis: ſcientiũ me. Ecce
alienigene & tyrus & populus ethio-

De electi. c. fundamẽta. li. 6.°

pum: hij fuerũt illic. Nunquid ſyon
dicet homo: & homo natus eſt in ea
& ipſe fundauit eam altiſſimus. Domi-
nus narrabit in ſcripturis populorũ:
& principũ horum qui fuerũt in ea.
Sicut letantium omniũ habitatio eſt
in te.

PSALMVS lxxxvii.

Paſſionẽ xpi
dauid in ſpũ
preuidit.

DOMINE DEVS SALVTis
meæ: in die clamaui & no-
cte coram te. Intret in cõſpe-
ctu tuo oratio mea: inclina
aurem tuã ad precem meã. Quia reple-
ta eſt malis anima mea: & vita mea
in inferno appropinquauit. Eſtimatus
ſum ſicut homo ſine adiutorio inter
mortuos liber. Sicut vulnerati dormiẽ-
tes ĩ ſepulcris. quorũ non es memor am-
plius: & ipſi de manu tua repulſi ſunt.
Poſuerunt me in lacu inferiori: in tene-

broſis & in vmbra mortis. Sup̄ me cō-
firmatus eſt furor tuus: & omnes flu-
ctus tuos induxiſti ſup̄ me. Longe fe-
ciſti notos meos a me: poſuerūt me ab-
ominationē ſibi. Traditus ſum & nō
egrediebar: oculi mei languerūt præ in-
opia. Clamaui ad te dñe: tota die ex-
pandi ad te manꝰ meas. Nunq̄d mortu-
is facies mirabilia: aūt medici ſuſcita-
bunt & confitebuntur tibi. Nunq̄d nar-
rabit aliq̄s in ſepulcro mīam tuam: &
veritatem tuā in perditionē. Nunq̄d co-
gnoſcentur in tenebris mirabilia tua: &
iuſticia tua in terra obliuionis. Et ego
ad te dñe clamaui: & mane oratio mea
præueniet te. Vt quid dñe repellis orōez
meā: auertis faciem tuā a me. Pauper
ſum ego & in laboribus a iuuentute mē:
exaltatus aūt humiliatus ſū & contur-
batus. In me tranſierunt iræ tuę: & ter-
rores tui conturbauerunt me. Circunde-

derunt me ſicut aqua tota die : circunde-
runt me ſimul. Elongaſti a me amicũ
& proximũ : & notos meos a miſeria.

Stabilitatẽ regni dauid prophetizat.

PSALMVS. lxxxviii.

MISERICORDIAS DOMI-
ni : in eternũ cantabo. In ge-
neratione & generationẽ: an-
nunciabo veritatem tuã in ore
meo. Quoniam dixiſti in ęternũ miſeri-
cordia edificabitur in celis : præparabi-
tur veritas tua in eis. Diſpoſui teſta-
mentũ electis meis iuraui dauid ſeruo
meo vſqȝ inæternũ pręparabo ſemẽ tu-
um. Et edificabo in generatione & ge-
nerationẽ : ſedem tuã. Confitebuntur
celi mirabilia tua dñe : etem̃ veritatẽ
tuam in ecclęſia ſanctorũ. Quoniã qs
in nubibus equabitur dño : ſimilis erit
domino in filijs dei. Deus qui glorifi-
catur in conſilio ſanctorũ : magnus &

terribilis ſuper omnes qui in circuitu ei⁹
ſunt. Domine deus virtutum quis ſimi-
lis tibi: potens es dñe. & veritas tua ĩ
circuitu tuo. Tu dominaris poteſtati
maris: motũ aũt fluctuũ eius tu miti-
gas. Tu humiliaſti ſicut vulneratũ ſu-
perbũ: in brachio virtutis tuę diſper-
ſiſti inimicos tuos. Tui ſunt celi & tu-
a eſt terra: orbem terræ & plenitudinẽ
eius tu fundaſti aquilonem & mare tu
creaſti. Thabor & hermon in noĩe tuo
exultabunt: tuũ brachium cum poten-
tia. Firmetur manus tua & exaltetur
dextera tua: iuſticia & iudiciũ prępatio
ſedis tuæ. Miſericordia & veritas pręce-
dent faciem tuam: beatus ppl's qui ſcit
iubilationem. Domine in lumine vult⁹
tui ambulabũt: & in noĩe tuo exultabũt
tota die. & in iuſticia tua exaltabuntur.
Quia gloria virtutis eorũ tu es: & in
beneplacito tuo exaltabitur cornu noſtrũ

Quia dn̄i eſt aſſumptio nr̄a: & ſancti iſrael regis noſtri. Tunc locutus es in viſione ſanctis tuis: & dixiſti poſui adiutoriū in potente. & exaltaui electū de plebe mea. Inueni dauid ſeruum: meū oleo ſancto meo vnxi eum. Manus em̄ mea auxiliabitur ei: & brachiū meū confirmabit eum. Nihil proficiet inimicus in eo & filius iniquitatis non apponet nocere ei. Et concidam a facie ipſius inimicos eius: & odientes eum in fugam conuertam. Et veritas mea & miſericordia mea cum ipſo: & in noīe meo exaltabitur cornu eius. Et ponam in mari manū eius & in fluminib⁹ dexteram eius. Ipſe inuocabit me. pater meus es tu: deus meus & ſuſceptor ſalutis meæ. Et ego primogenitū ponam illū: excelſum prę regibus terræ. In ęternum ſeruabo illi miſericordiā meam: & teſ-

tamentū meum fidele ipſi. Et ponam
in ſeculum ſeculi ſemen eius: & thronū
eius ſicut dies celi. Si aūt dereliquerīt
filij eius legem meam: & in iudicijs me-
is non ambulauerint. Si iuſticias me-
as prophanauerīt: & mandata mea nō
cuſtodierint. Viſitabo in virga iniqui-
tates eorū: & in verberibus peccata eo-
rum. Miſericordiā autem meā non di-
ſpergam ab eo: neqꝫ nocebo in veritate
mea. Neqꝫ prophanabo teſtamentū me-
um: & quæ procedunt de labijs meis
non faciam irrita. Semel iuraui in ſan-
cto meo. ſi dauid mentiar: ſemen eius
in eternum manebit. Et thronus eius
ſicut ſol in conſpectu meo. & ſicut luna
perfecta in ęternū: & teſtis in celo fide-
lis. Tu vero repuliſti & deſpexiſti: diſtu-
liſti chriſtū tuum. Auertiſti teſtamentū
ſerui tui: prophanaſti in terra ſanctua-
rium eius. Deſtruxiſti omnes ſepes ei⁹:

poſuiſti firmamentũ eius formidinem
Diripuerunt eum omnes tranſeuntes
viam: factus eſt obprobriũ vicinis ſu-
is. Exaltaſti dexteram deprimentium
eum: letificaſti omnes inimicos eius.
Auertiſti adiutoriũ gladij eius &
non es auxiliatus ei in bello. Deſtru-
xiſti eum ab emundatione: & ſedem eiꝰ
in terra colliſiſti. Minoraſti dies tp̄is
eius perfudiſti eum confuſione. Vſqꝫ
quo dñe auertis in finem: exardeſcit ſi-
cut ignis ira tua. Memorare quæ mea
ſubſtantia: nũqd em̃ vane conſtituiſti
omnes filios hominũ. Quis eſt homo
qui viuet & non videbit mortem: eru-
et aĩam ſuam de manu inferi. Vbi ſũt
miſericordię tuæ antiquę dñe: ſicut iu-
raſti dauid in veritate tua. Memor eſto
dñe obprobrij ſeruorũ tuorũ: quod
continui in ſinu meo multarũ gentiũ.
Quod exprobrauerũt inimici tui dñe:

q̊d exprobrauerũt cõmutationẽ xp̄i tui. Benedictus dñs ineternum: fiat fiat.

PSALMVS. lxxxix.

DOMINE REFVGIVM tu factus es nobis: a generatione in generationẽ. Priuſq̄ʒ montes fierent aut formaret˜ terra & orbis: a ſcl̄o & vſq̄ʒ ĩ ſeculũ tu es deus. Ne auertas hoĩem in humilitatẽ: & dixiſti conuertimini filij hoĩm. Qm̃ mille anni ante oculos tuos: tanq̄ʒ dies heſterna quæ pręterijt. Et cuſtodia in nocte: quę pro nihilo habentur eorum anni erunt. Mane ſicut herba tranſeat. mane floreat & tranſeat: veſpere decidat induret & areſcat. Quia defecimus in ira tua: & in furore tuo turbati ſumꝰ. Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo: ſeculum noſtrũ in illuminatione vultus tui. Quoniam omnes dies noſtri defecerũt: & in ira tua defecimꝰ

Moyſes orat ad impetrandũ beneficia pp̄lo.

Anni noſtri ſicut aranea meditabun-
tur: dies annorum noſtrorũ in ipſis
ſeptuaginta anni. Si aũt in potentati-
bus octoginta anni: & amplius eoꝝ
labor & dolor. Quoniam ſuperuenit
manſuetudo: & corripiemur. Quis no-
uit poteſtatem irę tuæ & prę timore tuo
iram tuã dinumerare. Dexteram tuã
ſic notam fac: & eruditos corde in ſa-
pientia. Conuertere dñe vſqꝫquo: & de-
pręcabilis eſto ſuꝑ ſeruos tuos. Reple-
ti ſumus mane miſericordia tua: ex-
ultauimus & delectati ſumus in omni-
bus diebus noſtris. Letati ſumus pro
diebus quibus nos humiliaſti: annis
quibus vidimus mala. Reſpice in ſer-
uos tuos & in oꝑa tua: & dirige filios
eorum. Et ſit ſplendor dñi dei nr̃i ſuꝑ nos
& oꝑa manuũ noſtrarũ dirige ſuꝑ nos:
& opus manuũ noſtrarũ dirige.

PSALMVS. xc.

QVI HABITAT IN AD-
iutorio altiſſimi : in protectio-
ne dei celi cōmorabitur . Dicet
dño ſuſceptor meus es tu . &
refugium meū deus meus : ſperabo in
eum . Quoniam ipſe liberabit me de la-
queo venantiū : & a verbo aſpero . Sca-
pulis ſuis obumbrabit tibi : & ſub pen-
nis eius ſperabis . Scuto circundabit
te veritas eius : non timebis a timore
nocturno . A ſagitta volante in die . a
negocio perambulante in tenebris : ab
incurſu & demonio meridiano . Ca-
dent a latere tuo mille . & decem milia
a dextris tuis : ad te aūt non appropi-
quabit . Veruntamen oculis tuis con-
ſiderabis : & retributionem peccatorꝝ
videbis . Quoniam tu es dñe ſpes mea
altiſſimū poſuiſti refugiū tuum . Non
accedat ad te malum : & flagellū nō
appropinquabit tabernaculo tuo .

Nunciat da-
uid beneficia
plura adeſſe
pplō dei .

Quoniam angelis ſuis mandauit de
te: ut cuſtodiant te in omnibus vijs tu-
is. In manibus portabũt te: ne forte
offendas ad lapidem pedem tuũ. Su-
per aſpidem & baſiliſcũ ambulabis:
& conculcabis leonẽ & draconẽ. Quo-
niam in me ſperauit liberabo eũ: pro-
tegam eũ qm̃ cognouit nomen meũ.
Clamauit ad me & ego exaudiam eũ.
cũ ipſo ſum in tribulatione: eripiam
eum & glorificabo eum. Longitudi-
ne dierũ replebo eũ: & oſtendam illi
ſalutare meũ.

Gratias agit deo pro benefi-
cio creationis.

PSALMVS. xci.

BONVM EST CONFITE-
ri dño: & pſallere nomini tu-
o altiſſime. Ad annunciãduȝ
mane miſercordiã tuã: & ve-
ritatem tuam per noctem. In decacordo
pſalterio: cũ cantico in cythara. Quia
delectaſti me dñe in factura tua: & in

operibus manuũ tuarum exultabo.
Quam magnificata ſunt opera tua do-
mine: nimis profunde facte ſunt cogi-
tationes tuę. Vir inſipiens non cogno-
ſcet: & ſtultus non intelliget hec. Cum
exorti fuerint peccatores ſicut fenũ & ap-
paruerũt omnes qui operantur iniqui-
tatem. Vt intereant in ſeculum ſeculi:
tu aũt altiſſimus inęternum domine.
Quoniam ecce inimici tui dñe. qm̃ ec-
ce inimici tui peribunt & diſpergentur
oẽs qui oꝑantur iniquitatem. Et exalta-
bitur ſicut vnicornis cornu meũ: & ſene-
ctus mea in miſericordia vberi. Et de-
ſpexit oculus meus inimicos meos: & ĩ
ſurgentibus in me malignantibus audi-
et auris mea. Iuſtus vt palma florebit:
ſicut cedrus libani multiplicabitur. Plã-
tati in domo dñi: in atrijs domus dei
noſtri florebunt. Adhuc multiplicabun-
tur in ſenecta vberi: & bene pacientes

erunt vt anuncient. Quoniam rectus
dominus deus noſter: & non eſt iniq-
tas in eo.

PSALMVS. XCII.

Prophetizat de regni xp̄i inchoatione: īpugnatione: & confirmatione.

DOMINVS REGNAVIT
decorem indutus eſt indutꝰ
eſt dominus fortitudinem &
pręcinxit ſe. Etem̄ firmauit
orbem terrę: qui non cōmouebitur. Pa-
rata ſedes tua ex tunc: a ſeculo tu es.
Eleuauerūt flumina dn̄e: eleuauerunt flu-
mina vocem ſuā. Eleuauerūt flumina
fluctus ſuos: a vocibus aquarū multarꝝ.
Mirabiles elationes maris: mirabilis ī
altis dn̄s. Teſtimonia tua credibilia fa-
cta ſunt nimis domū tuam decet ſancti-
tudo dn̄e in longitudine dierū.

PSALMVS. XCIII.

Erroris explosio nō oīa diuine ſubiacer̄ potentie.

DEVS VLTIONVM DOMI-
nus: deus vltionū libere egit.

Exaltare qui iudicas terram : reddere retributionem ſuperbis. Vſqꝫquo peccatores dn̄e: vſquequo peccatores gloriabūt. Effabuntur & loquentur iniquitatem: loquentur omnes qui operantur in iuſticiam. Populum tuū domine humiliauerunt: & hereditatem tuā vexauerūt. Viduam & aduenam interfecerūt: & pupillos occiderunt. Et dixerunt non videbit dn̄s : nec intelliget deus iacob. Intelligite inſipientes in populo & ſtulti aliqn̄ ſapite. Qui plantauit aurem non audiet: aut qui finxit oculū non conſiderat. Qui corripit gentes non arguet: qui docet hominem ſcientiam. Dominus ſcit cogitiones hominū : qm̄ vane ſunt. Beatus homo quē tu erudieris domine : & de lege tua docueris eū. Vt mitiges ei a diebus malis : donec fodeatur peccatori fouea. Quia non repellet dn̄s plebem ſuam : & hereditatem ſu-

am non derelinquet. Quoadusq; iuſti-
cia conuertatur in iudiciũ: & qui iuxta
illam omnes qui recto ſunt corde. Quis
conſurget mihi aduerſus malignantes:
aut quis ſtabit mecũ aduerſus opantes
iniquitatem. Niſi quia dñs adiuuit me:
paulominꝰ habitaſſet in inferno aĩa mea.
Si dicebam motus eſt pes meus: miſe-
ricordia tua dñe adiuuabat me. Scd̃m
multitudinem dolorum meorũ in corde
meo: conſolationes tuæ letificauerunt
animã meam. Nunquid adheret tibi
ſedes iniquitatis: qui fingis laborẽ in p̃-
cepto. Captabunt in animam iuſti: &
ſanguinem innocentem condemnabũt.
Et factus eſt mihi dñs in refugiũ: & de-
us meus in adiutoriũ ſpei meæ. Et red-
det illis iniquitatem ipſorũ. & in mali-
cia eorum diſperdet eos: diſpdet illos
dñs deus noſter.

PSALMVS. xciiii.

VENITE EXVLTEMVS do-
mino : iubilemus deo ſalutari
noſtro. Preoccupemus faciem
eius in confeſſione : & in pſal-
mis iubilemus ei. Quoniam deus ma-
gnus dñs : & rex magnus ſuper omnes
deos. Quia in manu eius ſunt omnes
fines terræ : & altitudines montiũ ipſiꝰ
ſunt. Quoniam ipſius eſt mare & ipẽ
fecit illud : & ſiccam manus eius forma-
uerunt. Venite adoremus & procida-
mus & ploremus ante dñm qui fecit nos:
quia ipſe eſt dominus deus noſter. Et
nos ppl'us paſcue eius : & oues manus
eius. Hodie ſi vocem eius audieritis :
nolite obdurare corda veſtra. Sicut in
irritatione : ſcd'm die tẽtationis in deſerto.
Vbi tentauerunt me pr̃es veſtri : proba-
uerunt & viderunt opa mea. Quadra-
ginta annis offenſus fui generationi
illi : & dixi ſemp hy errant corde. Et

Exultat de ingreſſu ter-
re viuentium qd' in ſpũ p̃ui-
dit.

iſti non cognouerunt vias meas vt iu-
raui in ira mea. ſi ītroibunt in requi-
em meam.

PSALMVS. XCV.

Incarnationē xp̄i in ſpū p̄ui-dit de qua agit grās.

CANTATE DOMINO CĀ-
ticum nouum: cantate dn̄o
omnis terra. Cantate dn̄o &
benedicite noī eius: anuncia-
te de die in diem ſalutare eius. Anun-
ciate inter gentes gloriam eius: in oī-
bus populis mirabilia eius. Quoni-
am magnus dn̄s & laudabilis ni-
mis: terribilis eſt ſuper omnes deos.
Quoniam omnes dīj gentiū demonia:
dominus autem celos fecit. Confeſ-
ſio & pulcritudo in conſpectu eius:
ſanctimonia & magnificentia in ſan-
ctificatione eius. Afferte dn̄o patrię
gentium. afferte dn̄o gloriā & hono-
rem: afferte dn̄o gloriam noī eius.

Tollite hoſtias & introite in atria eius:
adorate dñm in atrio ſancto eius. Cõ-
moueatur a facie eius vniuerſa terra:
dicite in gentibus quia dominus reg-
nauit. Etem̃ correxit orbem terræ qui
non cõmouebitur: iudicabit populos
in ęquitate. Letentur celi & exultet ter-
ra. moueatur mare & plenitudo eiꝰ gau-
debunt campi & oĩa quæ in eis ſunt.
Tunc exultabunt omnia ligna ſilua-
rum a facie dñi quia venit: qm̃ venit
iudicare terram Iudicabit orbem ter-
ræ in equitate: & ppl̃os in veritate ſua.

PSALMVS. XCVI.

DOMINVS REGNAVIT
exultet terra: letentur inſulæ
multę. Nubes & caligo in cir-
cuitu eius: iuſticia & iudiciũ
correctio ſedis eius Ignis ante ipſũ
pręcedet: & inflammabit in circuitu

De aduentu
xp̃i gaudet
in ſpũ eius
iudiciũ pre-
uidens.

inimicos eius. Alluxerunt fulgura eius
orbi terræ: vidit & cõmota eſt terra. Mõ-
tes ſicut cera fluxerunt a facie domini:
a facie dñi omnis terra. Anunciauerũt
celi iuſticiam eius: & viderunt omnes
populi glĩam eius. Confundantur
omnes qui adorant ſculptilia: &
qui gloriantur in ſimulachris ſuis. Ado-
rate eum omnes angeli eius: audi-
uit & letata eſt ſyon. Et exultaue-
runt filiæ iude propter iudicia tua
domine. Quoniam tu dominus altiſ-
ſimus ſuper omnem terram: nimis ex-
altatus es ſuper omnes deos. Qui di-
ligitis dñm odite malum. cuſtodit do-
minus animas ſctõꝝ ſuorum. de ma-
nu peccatoris liberabit eos. Lux orta
eſt iuſto: & rectis corde leticia. Leta-
mini iuſti in domino: & confitemini
memoriæ ſanctificationis eius.

PSALMVS. XCVII.

Incarnationẽ ſpũ preuidẽs & iuditij diſcretionem quo electi ad fidem ſunt vocati agit grãs.

CANTATE DOMINO cãticum nouũ: quia mirabilia fecit. Saluauit ſibi dextera eiꝰ: & brachium ſanctum eius. Notum fecit dominus ſalutare ſuũ: in conſpectu gentium reuelauit iuſticiam ſuam. Recordatus eſt miſericordię ſuæ & veritatis ſuæ: domui iſrael. Viderunt omnes termini terræ ſalutare dei noſtri. Iubilate deo omnis terra: cantate & exultate & pſallite. Pſallite dño in cythara. in cythara & voce pſalmi: in tubis ductilibus & voce tubę corneæ. Iubilate in conſpectu regis domini. moueatur mare & plenitudo eius: orbis terrarũ & qui habitant in eo. Flumina plaudent manu ſimul. montes exultabunt a conſpectu domini: qm̃ venit iudicare terram. Iudicabit orbem terraꝝ in iuſticia: & pp̄los in ęquitate.



Recitatione
ſanctorū indu-
cit ad dei cul-
tū philiſteis
de bellatis.

PSALMVS. XCVIII.

DOMINVS REGNAVIT
iraſcantur ppl'i qui ſedes
ſuper cherubin moueatur
terra. Dominus in ſyon magnus: &
excelſus ſuper omnes populos. Cō-
fiteantur nomini tuo magno. qm̄
terribile & ſanctū eſt: & honor regi
iudiciū diligit. Tu paraſti directiōes:
iudicium & iuſticiam in iacob tu fe-
ciſti. Exaltate dominū deum noſtrū:
& adorate ſcabellū pedū eius quo-
niam ſanctum ē. Moyſes & aaron in
ſacerdotibus eius: & ſamuel inter
eos qui inuocant nomen eius. In-
uocabant dominum & ipſe exau-
diebat eos: & in columna nu-
bis loquebatur ad eos. Cuſtodi-
ebant teſtimonia eius: & pręceptū
quod dedit illis. Domine deus no-
ſter tu exaudiebas eos. deus tu p-

picius fuiſti eis : & vlciſcens in oẽs adĩuentiones eorũ. Exaltate dñm deum noſtrum. & adorate in monte ſancto eius : qm̃ ſanctus dñs deus nr̃.

PSALMVS . XCIX.

Laudat dominum in oblatione hoſtię.

IVBILATE DEO OMnis terra : ſeruite domino ĩ leticia. Introite in conſpectu eius : in exultatione. Scitote qm̃ dominus ipſe eſt deus : ipẽ fecit nos & non ipĩ nos. Populus eius & oues paſcue eius : introite portas eius in confeſſione : atria eius in hymnis confitemini illi. Laudate nomen eius qm̃ ſuauis eſt dominus : in eternũ miſericordia eiꝰ & vſq; in generationem & generationem veritas eius.

PSALMVS . C.

Laudat deũ ſe ſtabilitũ in regno intelligens.

MISERICORDIAM ET iudicium : cantabo tibi domine. Pſallam & intelligã in via ĩmaculata : quando venies ad me. Perambulabam in ĩnocentia cordis mei : in medio domus meæ. Non proponebam ante oculos meos rem iniuſtam : facientes præuaricationes odiui. Non abheſit mihi cor prauũ : declinantem a me malignũ non cognoſcebam. Detrahentem ſecreto proximo ſuo : hunc perſequebar. Superbo oculo & inſaciabili corde cum hoc non edebam. Oculi mei ad fideles terræ ut ſedeãt mecũ : ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabat. Non habitabit in medio domus meæ qui facit ſuperbiam : qui loquitur iniqua non dixerit in conſpectu oculorũ meorum. In matutino interficiebam omnes

peccatores terræ: vt diſpderē de ciui-
tate domini omnes operantes iniq-
tatem.

PSALMVS. CI.

DOMINE EXAVDI ORA-
tionem mea: & clamor meus
ad te veniat. Non auertas fa-
ciem tuam a me: in quacūq;
die tribulor inclina ad me aurem tuā.
In quacumq; die inuocauero te velo-
citer exaudi me. Quia defecerūt ſicut
fumus dies mei: & oſſa mea ſicut cre-
mium aruerunt. Percuſſus ſum ut fe-
num & aruit cor meū: quia oblitus
ſum comedere panem meū. Vuoce
gemitus mei: adheſit os meū carni
meæ. Similis factus ſum pellicano
ſolitudinis: factus ſum ſicut noctico-
rax in domicilio. Vigilaui: & fact9
ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto. To-

Preuidit da-
uid liberatio-
nem ppli ſub
Anthiocho
anxiati.

ta die exprobrabant mihi inimici mei
& qui laudabant me aduerſum me iu-
rabant. Quia cinerem tanqꝫ panem
manducabam: & poculũ meum cũ
fletu miſcebam. A facie irę indigna-
tionis tuæ: quia eleuans alliſiſti me.
Dies mei ſicut vmbra declinauerunt:
& ego ſicut fenũ arui. Tu autem do-
mine in eternũ permanes: & memo-
riale tuũ in generatione & genera-
tionem. Tu exurgens miſereberis
ſyon quia tempus miſerendi eius qa
venit tempus. Quoniam placuerũt
ſeruis tuis lapides eius: & terræ eius
miſerebuntur. Et timebũt gentes no-
men tuum dñe: & omnes reges ter-
rę gloriam tuam. Quia edificauit do-
minus ſyon: & videbitur in gloria ſua.
Reſpexit in orationem humiliũ: & nõ
ſpreuit precẽ eorũ. Scribantur hęc in ge-
neratione altera: & pplus qui creabit

laudabit dñm. Quia proſpexit de ex-
celſo sancto ſuo: dominus de celo in
terram aſpexit. Vt audiret gemitus
compeditorũ: vt ſolueret filios inter-
emptorũ. Vt anuncient in ſyon no-
men dñi: & laudem eius in iheruſa-
lem. In conueniendo populos ĩ vnũ
& reges: vt ſeruiant domino. Reſpon-
dit ei in via virtutis ſuæ: paucitatẽ die-
rum meorum nuncia mihi. Ne reuo-
ces me in dimidio dierũ meorum: in
generatione & generationem anni tui.
Inicio tu dñe terram fundaſti: & o-
pera manuũ tuarum ſunt celi. Ipſi pe-
ribunt tu aũt permanes: & oẽs ſicut veſ-
timentũ veteraſcẽt. Et ſicut opertoriũ mu-
tabis eos & mutabuntur: tu aũt idem
ipẽ es & anni tui non deficient. Filij
ſeruorũ tuorum habitabũt: & ſemen
eorũ in ſeculum dirigetur.

PSALMVS. CII.

Laus dauid
is pro benefi-
cijs collatis:

BENEDIC ANIMA MEA
domino: & omnia quæ intra
me ſunt noĩ ſancto eius. Be-
nedic anima mea dño: & no-
li obliuiſci omnes retributiones eiꝰ.
Qui propiciatur omnibus iniqui-
tatibus tuis: qui ſanat omnes infir-
mitates tuas. Qui redimit de interi
tu vitam tuam: qui coronat te in mi-
ſericordia & miſerationibus. Qui re-
plet in bonis deſideriũ tuum: renoua-
bitur vt aquilę iuuentus tua. Faciẽs
miſericordias dñs: & iudiciũ omni-
bus iniuriã pacientibꝰ. Notas fecit vi-
as ſuas moyſi: filijs iſrael volunta-
tes ſuas. Miſerator & miſericors do-
minus. longanimis & multũ miſeri-
cors. Non in perpetuũ iraſcetur: neqꝫ
in ęternũ cõminabitur. Non ſecundũ
peccata nr̃a fecit nobis: neqꝫ ſcd̃m
iniquitates noſtras retribuit nobis.

Quoniam ſecundū altitudinem celi
a terra: corroborauit miſericordiam
ſuam ſuper timentes ſe. Quantū diſ-
tat ortus ab occidente: longe fecit a
nobis iniquitates noſtras. Quomo-
do miſeretur pater filiorꝝ miſert⁹ ē dn̄s
timentibus ſe: quoniam ipſe cogno-
uit figmentum noſtrū. Recordatus eſt
qm̄ puluis ſumus. homo ſicut fenum
dies eius tanq̄ꝫ flos agri ſic efflorebit.
Quoniam ſpūs pertranſibit in illo
& non ſubſiſtet: & non cognoſcet am-
plius locum ſuū. Miſericordia autē
dn̄i ab eterno & vſqꝫ in ęternū: ſup
timentes eum. Et iuſticia illius in fi-
lios filiorū: his qui ſeruant teſtamē-
tum eius. Et memores ſunt manda-
torū ipſius: ad faciendū ea. Domin⁹
in celo parauit ſedem ſuā: & regnū
ipſius omnibus dominabitur. Bene-
dicite domino omnes angeli eius. po-

tentes virtute: facientes verbũ illius
ad audiendam vocem ſermonũ eius.
Benedicite dño omnes virtutes eiꝰ
miniſtri eius qui facitis voluntatẽ
eius. Benedicite dño omnia oꝑa eiꝰ
in omni loco dñationis eius: bene-
dic aĩa mea domino.

PSALMVS. CIII.

Exhortatio ſui ipſius ad laudem dei.

BENEDIC ANIMA MEA
dño: dñe deꝰ meus magnifica-
tus es vehementer. Confeſ-
ſionem & decorem induiſti:
amictus lumine ſicut veſtimento. Ex-
tendens celum ſicut pellem: qui tegis
aquis ſuꝑiora eius. Qui ponis nu-
bem aſcenſum tuũ: qui ambulas ſu-
per pennas ventorũ. Qui facis an-
gelos tuos ſpũs: & miniſtros tuos
ignem vrentem. Qui fundaſti terrã
ſuper ſtabilitatem ſuã: non inclina-
bitur in ſeculũ ſeculi. Abyſſus ſicut

veſtimentū amictus eius: ſuper mon-
tes ſtabunt aquę. Ab increpatione tu-
a fugient: a voce tonitrui tui formi-
dabūt. Aſcendunt montes & deſcen-
dunt campi: in locū quem fundaſti
eis. Terminum poſuiſti quem non
tranſgredientur: neq; conuertentur ope-
rire terram. Qui emittis fontes in cō-
uallibus: inter medium montiū per-
tranſibunt aquę. Potabunt omnes beſ-
tię agri: expectabunt onagri in ſiti ſu-
a. Sup ea volucres celi habitabūt: de
medio petrarū dabunt voces. Rigās
montes de ſuperioribus ſuis de fructu
operum tuorū ſaciabitur terra. Produ-
cens fenum iumentis: & herbam ſer-
uituti hoīm. Vt educas panem de ter-
ra: & vinū letificet cor hoīs. Vt exhi-
laret faciem in oleo: & panis cor hoīs
confirmet. Saturabuntur ligna campi
& cedri libani quas plantauit: illic

paſſeres nidificabunt. Herodij dom⁹
dux eſt eorum montes excelſi ceruis:
petra refugium erinatijs. Fecit lunã
in tp̃e: ſol cognouit occaſum ſuũ.
Poſuiſti tenebras & facta eſt nox: ĩ
ip̃a pertranſibunt omnes beſtię ſiluę.
Catuli leonũ rugientes vt rapiant:
& querant a deo eſcam ſibi. Ortus eſt
ſol & congregati ſunt & in cubilibus
ſuis collocabuntur. Exibit homo ad
opus ſuũ: & ad op̃atione ſuam vſq;
ad veſperam. Quam magnificata ſũt
opera tua dñe. oĩa in ſapientia feciſti:
impleta eſt terra poſſeſſione tua. Hoc
mare magnum & ſpacioſum mani-
bus: illic reptilia quorũ non eſt nu-
merus. Animalia puſilla cũ magnis:
illic naues pertranſibunt. Draco iſte
quem formaſti ad illudendũ ei: oĩa
a te expectant vt des illis eſcam ĩ tp̃e.
Dante te illis colligent: aperiente te

manũ tuam oĩa implebuntur boni-
tate. Auertente aũt te faciẽ turbabũ-
tur: auferes ſpm̃ eorum & deficient.
& in puluerem ſuũ reuertentur. Emit-
tes ſpũm tuum & creabuntur: & re-
nouabis faciem terræ. Sit gloria do-
mini in ſeculum: letabitur dominus
in opib⁹ ſuis. Qui reſpicit terram &
facit eam tremere: qui tangit montes
& fumigant. Cantabo dño in vita
mea. pſallam deo meo q̃ diu ſum.
Iocundũ ſit ei eloquiũ meũ: ego ve-
ro delectabor in dño Deficiant pecca-
tores a terra & iniqui ita vt non ſint:
bñdic aĩa mea dño.

PSALMVS. CIIII.

CONFITEMINI DOMĨO
& inuocate nomen eius: an-
nunciate inter gentes opera
eius. Cantate ei & pſallite ei: narra-
te omnia mirabilia eius. Laudami-

Recitat me-
moriã bene-
ficiorũ dei.

ni in noīe ſancto eius: letetur cor que-
rentiū dominū. Querite dominū &
confirmamini: querite faciem eius ſp.
Mementote mirabilium eius quiſe-
cit: prodigia eius & iudicia oris
eius. Semen abraham ſerui eius:
filij iacob electi eius. Ipſe dominus
deus noſter: in vniuerſa terra iudi-
cia. Memor fuit in ſeculū teſtamen-
ti ſui: verbi quod mandauit in mille
generationes. Quod diſpoſuit ad ab-
raham: & iuramenti ſui ad yſaac.
Et ſtatuit illud iacob in pręceptū:
& iſrael in teſtamentū eternū. Dicēs
tibi dabo terram chanaan: funicu-
lum: hęreditatis veſtræ. Cum eſſēt
numero breui: pauciſſimi & incole
eius. Et pertranſierunt de gente in
gentem: & de regno ad populū alte-
rum. Non reliquit hominem nocere
eis: & corripuit pro eis reges. No-

lite tangere xp̄os meos : & in prophe-
tis meis nolite malignari. Et voca-
uit famem ſuper terram & omne fir-
mamentū panis contriuit. Miſit ante
eos virum : in ſeruū venundatus eſt
ioſeph. Humiliauerunt in cōpedib⁹
pedes eius : ferrum pertranſijt anīa3
ei⁹ donec veniret verbum eius.
Eloquium domini inflammauit
eum miſit rex & ſoluit eum princi-
pes populorum & dimiſit eum. Cō-
ſtituit eum dominum domus ſuæ
& principem omnis poſſeſſionis ſu-
ę. Vt erudiret principes eius ſi-
cut ſemetipſum : & ſenes eius pru-
dentiam doceret. Et intrauit iſrael
in egyptum : & iacob accola fuit in
terra cham. Et auxit ppl'm ſuū vehe-
menter : & firmauit eum ſuper ini-
micos eius. Conuertit cor eorum vt
odirent populum eius : & dolū face-

rẽt in ſeruos eius. Miſit moyſen ſer-
uum ſuum aaron quem elegit ipm
Poſuit in eis verba ſignorum suoꝝ
& prodigiorum : in terra cham. Mi-
ſit tenebras & obſcurauit : & non
exacerbauit ſermones ſuos. Con-
uertit aquas eorum in ſanguinẽ : &
occidit piſces eorum. Edidit terra
eorum ranas : in penetralibus reg-
um ipſorum Dixit & venit cino-
mia & cynifes : in omnibus finibꝰ
eorum. Poſuit pluuias eorũ grãdi-
nem : ignem comburentem in terra ip-
ſorum Et percuſſit vineas eorũ &
ficulneas eorum : & contriuit lignũ
finium eorum Dixit & venit locuſ-
ta & brutus : cuius non erat nume-
rus Et cõmedit omne fenum in ter-
ra eorum : & cõmedit omnem fructũ
terræ eorum. Et percuſſit omne pri-
mogenitum in terra eorum : primi-

ciaſ omnis laboris eorum . Et eduxit eos cum argento & auro : & non erat in tribubus eorum infirmus . Letata eſt egyptus in profectione eorum: quia incubuit timor eorum ſuper eos . Expādit nubem in protectionē eorum : & ignem vt luceret eis per noctem . Petierūt & venit coturnix : & pane celi ſaturauit eos . Dirupit petram & fluxerunt aq̄: abierunt in ſicco flumina . Quoniam memor fuit verbi ſancti ſui : quod habuit ad abraham puerum ſuū . Et eduxit populum ſuum in exultione: & electos ſuos in leticia . Et dedit illis regiones gentium : & labores pplorum poſſederunt . Vt cuſtodiant iuſtificationes eius : & legem eius requirāt .

PSALMVS. CV.

Poſtulat dauid dei grāz.

CONFITEMINI DOMINO qm̄ bonus : qm̄ in ſeculū miſericordia eius . Quis loquetur

pñas dñi: auditas faciet omnes lau-
des eius. Beati qui cuſtodiunt iudici-
um & faciunt iuſticiam in omni tp̄e.
Memento noſtri dñe in beneplacito
populi tui viſita nos in ſalutari tuo.
Ad videndum in bonitate electorũ
tuorũ. ad letandum in leticia gentis
tuæ: vt lauderis cum hereditate tua.
Peccauimus cum pr̄ibus nr̄is. iniuſte
egimus: iniquitatem fecimꝰ. Patres
noſtri in egypto non intellexerunt mi-
rabilia tua: non fuerunt memores mul-
titudinis miſericordię tuæ. Et irrita-
uerunt aſcendentes in mare: mare ru-
brum. Et ſaluauit eos propter nomẽ
ſuum: vt notũ faceret potentiã ſuam.
Et increpuit mare rubrum & exic-
catum eſt: & deduxit eos in abyſſis
ſicut in deſerto. Et ſaluauit eos de ma-
nu odientiũ: & redemit eos de manu ini-
mici. Et op̄uit aq̄ tribulãtes eos: vns ex

eis nõ remãſit Et crediderũt verbis ei⁹: & lau-
dauerũt laudem eius. Cito fecerũt.
obliti ſunt operum eius: non ſuſtinu-
erunt conſiliũ eius. Et concupierũt
concupiſcentiam in deſerto. & tenta-
uerunt deum in inaquoſo. Et dedit
eis petitionem ipſorum: & miſit ſa-
turitatem in animas eorum. Et irri-
tauerunt moyſen in caſtris aaron
ſanctum dñi. Aperta eſt terra & de-
glutiuit dathan: & operuit ſuper cõ-
gregationem abyron. Et exarſit ig-
nis in ſynagoga eorum: flamma cõ-
buſſit peccatores. Et fecerunt vitulum
in oreb: & adorauerũt ſculptile. Et
mutauerunt gloriam ſuam: in ſimili-
tudinem vituli comedentis fenũ. Ob-
liti ſunt deum qui ſaluauit eos: qui
fecit magnalia in egypto mirabilia
in terra cham. terribilia in mari ru-
bro. Et dixit vt diſperderet eos: ſi nõ

moyſes electus eius ſtetiſſet in confra-
ctione in conſpectu eius. Vt auerteret
iram eius ne diſperderet eos: & pro
nihilo habuerunt terram deſiderabi-
lem. Non crediderunt verbo eius. &
murmurauerunt in tabernaculis ſuis:
non exaudierũt vocem dñi. Et eleua-
uit manum ſuam ſuper eos: vt pro-
ſterneret eos in deſerto. Et ut deijece-
ret ſemen eorum in nationibus: &
diſperderet eos in regionibus. Et in-
iciati ſunt beelphegor: & comederũt
ſacrificia mortuorum. Et irritaue-
runt eum in adinuentionibus ſuis: &
multiplicata eſt in eis ruina Et ſtetit
phinees & placauit: & ceſſauit quaſ-
ſatio. Et reputatum eſt ei ad iuſtici-
am: in generatione & generationẽ
vſq; in ſempiternũ. Et irritauerunt
eum ad aquas contradictionis: & ve-
xatus eſt moyſes propter eos. quia

exacerbauerũt ſpm̄ eius. Et diſtinxit ĩ
labijs ſuis: non diſperdiderũt gentes
quas dixit dominus illis. Et cõmix-
ti ſunt inter gentes. & didicerunt ope-
ra eorũ & ſeruierũt ſculptilibus eorũ:
& factum eſt illis in ſcandalum. Et
imolauerunt filios ſuos & filias ſuas:
demonijs. Et effunderũt ſanguinem
innocentem ſanguinem filiorũ ſuoꝝ
& filiarum ſuarum: q̃s ſacrificaue-
runt ſculptilibus chanaan. Et inter-
fecta eſt terra in ſanguinibus. & con-
taminata eſt in operibus eorũ: &
fornicati ſunt in aduentionibus ſu-
is. Et iratus eſt furore dñs in popu-
lum ſuum: & abominatꝰ ẽ heredi-
tatem ſuam. Et tradidit eos in ma-
nus gentium: & dominati ſũt eoꝝ
qui oderunt eos. Et tribulauerũt
eos inimici eorũ. & humiliati ſunt
ſub manibus eorum: ſepe liberauit

eos. Ipſe aũt exacerbauerũt eum in
conſilio ſuo: & humiliati ſunt in
iniquitatibus ſuis. Et vidit cum tri-
bularentur: & audiuit orationem eo-
rum. Et memor fuit teſtamenti ſui:
& penituit eum ſecundum multitudi-
nẽ miſericordiæ ſuæ. Et dedit eos ĩ mi-
ſericordias: in conſpectu omniũ qui
ceperant eos. Saluos fac nos dñe
deus noſter: & congrega nos de na-
tionibus. Vt confiteamur nomini ſã-
cto tuo: & gloriemur in laude tua.
Benedictus dominus deus iſrael
a ſeculo & vſq; in ſeculũ: & dicet om-
nis populus fiat fiat.

PSALMVS. CVI.

CONFITEMINI DOMI-
no qm̃ bonus: qm̃ in ſeculũ
miſericordia eius. Dicantq;
redempti ſunt a domino:
quos redemit de manu inimici: &

de regionibus congregauit eos. A ſo-
lis ortu & occaſu: ab aquilone & ma-
ri. Errauerunt in ſolitudine in inaquo-
ſo: viam ciuitatis habitaculi non inue-
nerunt. Eſurientes & ſicientes: aĩa
eorũ in ipſis defecit. Et clamauerunt
ad dominũ cum tribularentur: & de
neceſſitatibus eorũ eripuit eos. Et e-
duxit eos in viam rectam: vt irent in
ciuitatem habitationis. Confiteant᷑
domino miſericordię eius: & mirabi-
lia eius filijs hominũ. Quia ſaciauit
animam inanem: & aĩam eſurientẽ
ſaciauit bonis. Sedentes in tenebris &
vmbra mortis: vinctos in mendicitate
& ferro. Quia exacerbauerũt eloquia
dei: & conſilium altiſſimi irritauerunt.
Et humiliatũ eſt in laboribus cor eorũ:
& ĩfirmati ſunt nec fuit qui adiuuaret.
Et clamauerũt ad dominum cũ tribu-
larentur: & de neceſſitatibus eorũ libe-

rauit eos. Et eduxit eos de tenebris &
vmbra mortis: & vincula eorū dirupit.
Confiteantur dn̄o miſericordiæ eius:
& mirabilia eius filijs hominū. Quia
contriuit portas ereas: & vectes fer-
reos confregit. Suſcepit eos de via
iniquitatis eorum: propter iniuſtici-
as enim ſuas humiliati ſunt. Omnē
eſcam abominata eſt anima eorū:
& appropinquauerūt vſq; ad portas
mortis. Et clamauerūt ad dominū
cū tribularentur: & de neceſſitatibus
eorum liberauit eos. Miſit verbum
ſuum. & ſanauit eos: & eripuit eos
de interitioībus eorum. Confitean-
tur domino miſericordiæ eius & mi-
rabilia eius filijs hominū. Et ſacri-
ficent ſacrificiū laudis: & annunci-
ent opera eius in exultatione. Qui
deſcendunt mare in nauib9: facientes
operationē in aquis multis. Ipſi vi-

derunt opera domini: & mirabilia ei⁹
in profundo. Dixit & ſtetit ſpiritus
procelle: & exaltati ſunt fluctus eius.
Aſcendunt vſq3 ad celos & deſcen-
dunt vſq3 ad abyſſos: anima eorũ
in malis tabeſcebat. Turbati ſunt &
moti ſunt ſicut ebrius: & omnis ſa-
pientia eorum deuorata eſt. Et cla-
mauerunt ad dñm cum tribularent̃:
& de neceſſitatibus eorum eduxit e-
os. Et ſtatuit procellã eius in aurã:
& ſiluerunt fluctus eius. Et letati ſũt
quia ſiluerunt: & deduxit eos in por-
tum voluntatis eorum. Confitean-
tur dño miſericordiæ eius: & mira-
bilia eius filijs hominum. Et exal-
tent eum in eccleſia plebis: & in ca-
thedra ſeniorum laudent eũ. Poſuit
flumina in deſertũ: & exitus aquaꝝ
in ſitim. Terram fructiferam in ſalſu-
ginem: a malicia inhabitantiũ in ea.

Poſuit deſertū in ſtagna aquarū: &
terram ſine aqua in exitus aquarum.
Et collocauit illic eſurientes: & conſti-
tuerunt ciuitatem habitationis. Et ſe-
minauerunt agros & plantauerūt vi-
neas: & fecerunt fructum natiuitatis.
Et benedixit eis & multiplicati ſūt
nimis: & iumenta eorum non mino-
rauit. Et pauci facti ſunt: & vexati
ſunt a tribulatione malorum & do-
lore. Effuſa eſt contentio ſuper prin-
cipes: & errare fecit eos in inuio & nō
in via. Et adiuuit pauperem de inopia:
& poſuit ſicut oues familias. Videbūt
recti & letabuntur: & omnis iniqui-
tas opilabit os ſuum. Quis ſapiens &
cuſtodiet hęc: & intelliget miſericordi-
as domini.

PSALMVS. CVII.

Grās agit de victoria ſibi data.

PARATVM COR MEV̄
deus paratum cor meū: canta-

bo & pſallam in gloria mea.
Exurge pſalterium & cithara: exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis domine & pſallam tibi in nationibus. Quia magna ſuper celos mīa tua: & vſq; ad nubes veritas tua. Exaltare ſup celos deus: & ſuper omnem terrā glīa tua: vt liberentur dilecti tui. Saluum fac dextera tua & exaudi me: deus locutus eſt in ſancto ſuo. Exultabo & diuidā ſichimam: & conuallem tabernaculorum dimetiar. Meus eſt galaad & meus eſt manaſſes: & effraim ſuſceptio capitis mei. Iuda rex meus: moab lebes ſpei meæ. In ydumeam extēdam calciamentum meum: mihi alienigene amici facti ſunt. Quis deducet meī ciuitatem munitam: quis deducet me vſq; in ydumeam. Nonne tu deus qui repuliſti nos: & non exibis deus in virtutibus nrīs. Da nobis auxilium de tri-

bulatione: quia vana ſalus hoīs. In deo
faciemus virtutem: & ipſe ad nihilū dedu-
cet inimicos noſtros.

PSALMVS. CVIII.

Prophetizat paſſionē xp̄i.

DEVS LAVDEM MEAM
ne tacueris: quia os peccatoris
& doloſi ſuper me apertum eſt.
Locuti ſunt aduerſum me lin-
gua doloſa. & ſermonibus odij circum-
dederunt me: & expugnauerunt me gra-
tis. Pro eo vt me diligerent detrahebant
mihi: ego aūt orabam. Et poſuerūt ad-
uerſum me mala pro bonis & odio pro
dilectione mea. Conſtitue ſuꝑ eū pecca-
torem: & diabolus ſtet a dextris eius.
Cum iudicatur exeat condemnatus: &
oratio eius fiat in peccatum. Fiant di-
es eius pauci: & epiſcopatū eius acci-
piat alter. Fiant filij eius orphani. &
vxor eius vidua. Nutantes tranſſerant̃
filij eius & mendicent: eijciantur de

habitationibus ſuis. Scrutetur venerator omnem ſubſtantiam eius: & diripiant alieni labores eius. Non ſit illi adiutor: nec ſit qui miſereatur pupillis eius. Fiant nati eius in interitũ: in generatione vna deleatur nomen eius. In memoriã redeatur iniquitas patrũ eius in conſpectu domini: & peccatum matris eius non deleatur. Fiant contra dominum sp̄ & diſp̄eat de terra memoria eorũ: pro eo q̄ non eſt recordatus facere miſericordiam. Et perſecutus eſt hoĩem inopem & mendicũ & compunctũ corde mortificare. Et dilexit maledictionem & venit ei. & noluit benedictionem & elongabitur ab eo. Et induit maledictionem ſicut veſtimentũ: & intrauit ſicut aqua in interiora eius. & ſicut oleum in oſſibus eius. Fiat ei ſicut veſtimentum quo op̄itur: & ſicut zona q̃ ſemp̄ præcingitur.

Hoc opus eorum q̃ detrahũt mihi
apud dominum: & qui loquuntur ma-
la aduerſus animam meam. Et tu dñe
domine fac mecum propter nomen tu-
um: quia ſuauis eſt miſericordia tua.
Libera me quia egenus & pauper ego
ſum: & cor meũ cõturbatũ eſt intra me.
Sicut vmbra cum declinat ablatus
ſum: & excuſſus ſicut locuſ ta.
Genua mea infirmata ſunt a ieiu-
nio: & caro mea ĩmutata eſt propter
oleum. Et ego factus ſum obprobri-
um illis: viderunt me & mouerũt capi-
ta ſua. Adiuua me dñe deus meus: ſal-
uum me fac ſecundũ miſericordiam tu-
am. Et ſciant quia manus tua hęc: & tu
dñe feciſti eam. Maledicent illi & tu be-
nedices qui inſurgunt in me confun-
dantur: ſeruus at̃ tuus letabitur. Indu-
antur qui detrahunt mihi pudore:
& oꝑiantur ſicut diploide confuſione

ſua. Confitebor dño nimis in ore meo:
& in medio multorũ laudabo eum.
Quia aſtitit a dextris pauperis: vt ſal-
uam faceret a perſequentibus animam
meam.

DOMINICA DIE AD VESPE-
RAS.

PSALMVS. CIX.

DIXIT DOMINVS DO- Explicat
mino meo: ſede a dextris vtramqꝫ
meis. Donec ponam ini- xp̄i naturã.
micos tuos: ſcabellũ pe-
dum tuorũ. Virgam vir-
tutis tuæ emittet dominꝰ
ex ſyon: dominare in medio inimicorꝝ
tuorũ. Tecum principium in die vir-
tutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum
ex vtero ante luciferũ genui te. Iura-
uit dñs & non penitebit eũ: tu es ſacer-
dos in ęternum ſecundum ordinẽ mel-
chiſedech. Dominus a dextris tuis: cõ-



fregit in die irę ſuæ reges. Iudicabit in nationibus implebit ruinas conquaſſabit capita in terra multorum. De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput.

PSALMVS. cx.

Efficatiam euchariſtie laudando cōfitetur.

CONFITEBOR TIBI DÑE in toto corde meo: in conſilio iuſtorũ & congregatione. Magna opera domini: exquiſita in omnes voluntates eius. Confeſſio & magnificentia opus eius: & iuſtia eius manet in ſeculum ſeculi. Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator dñs eſcam dedit timentibꝰ ſe. Memor erit in ſeculum teſtamenti ſui: virtutem operum ſuorũ annuntiabit populo ſuo. Vt det illis hereditatem gẽtium: opera manuum eius veritas & iudicium. Fidelia omnia mandata eius. confirmata in ſeculum ſeculi: facta in veritate & equitate. Redemptionem miſit

populo ſuo: mandauit ineternũ teſta-
mentum ſuum. Sanctum & terribile
nomen eius: iniciũ ſapientiæ timor do-
mini. Intellectus bonus omnibus faci-
entibus eum: laudatio eius manet in ſe-
culum ſeculi.

PSALMVS . CXI.

BEatus vir qui timet dominum:
in mandatis eius volet nimis.
Potens in terra erit ſemen eius:
generatio rectorum benedice-
tur. Gloria & diuitię in domo eius: &
iuſtia eius manet in ſeculum ſeculi.
Exortũ eſt in tenebris lumen rectis: mi-
ſericors & miſerator & iuſtus. Iocun-
dus homo qui miſeretur & comodat:
diſponet ſermones ſuos in iuditio quia
ineternum non cõmouebitur. In memo-
ria eterna erit iuſtus: ab auditione ma-
la non timebit. Paratum cor eius ſpe-

rare in domino: confirmatum eſt cor eiꝰ
non cõmouebitur donec deſpiciat ini-
micos ſuos. Diſperſit dedit pauperibꝰ
iuſticia eius manet in ſeculum ſeculi.
cornu eius exaltabitur in gloria. Pecca-
tor videbit & iraſcetur dentibus ſuis fre-
met & tabeſcet: deſideriũ peccatorũ peri-
bit.

PSALMVS. CXII.

Inuitat ad laudem dei.

LAVDATE PVERI DO-
minũ: laudate nomen dñi. Sit
nomen domini benedictũ: ex
hoc nunc & vſq; in ſeculũ. A
ſolis ortu vſq; ad occaſum laudabile no-
men domini. Excelſus ſuper omnes gẽ-
tes dominus: & ſuper celos gloria eius.
Quis ſicut dñs deus noſter qui in altis
habitat: & humilia reſpicit in celo & in
terra. Suſcitans a terra inopem. & de
ſtercore erigens pauꝑem. Vt collocet eũ
cũ prĩcipibus: cum principibꝰ pp̄li ſui. Qui
habitare facit ſterilẽ in domo: matrẽ filiorũ

letantem. PSALMVS. cxiii.

IN EXITV ISRAEL DE ęgypto: domus iacob de populo barbaro. Facta eſt iudea ſanctificatio eius: iſrael poteſtas eius. Mare vidit & fugit: iordanis conuerſus eſt retrorſum. Montes exultauerũt vt arietes: & colles ſicut agni ouium. Quid eſt tibi mare q fugiſti: & tu iordanis quia conuerſus es retrorſum. Montes exultaſtis ſicut arietes: & colles ſicut agni ouiũ. A facie domini mota eſt terra a facie dei iacob. Qui conuertit petram in ſtagna aquarum: & rupem in fontes aquarũ. Non nobis domine non nobis: ſed nomini tuo da gloriam. Sup miſericordia tua & veritate tua: ne qñ dicant gentes vbi eſt deus eorum. Deus autem noſter in celo: oĩa quęcunq; voluit fecit. Simulacra gentium argentum & aurũ: opa manuũ

Inducit ppl'z Iſrael ad laudem dei.

hominū. Os habent & non loquentur: o-
culos habent & non videbunt. Aures ha-
bent & non audient: nares habent &
non adorabunt. Manus habent & non
palpabunt. pedes habent & non ambu-
labunt: non clamabunt in gutture ſuo.
Similes illis fiant q̄ faciunt ea: & oēs
qui confidunt in eis. Domus iſrael ſpe-
rauit in domino: adiutor eorum & pro-
tector eorū eſt. Domus aaron ſperauit ī
domino: adiutor eorū & ꝓtector eorum
eſt. Qui timēt dn̄m ſperauerūt in dn̄o: ad-
iutor eorū & protector eorū eſt. Dominus
memor fuit nr̄i: & bn̄dixit nobis. Benedi-
xit domui iſrael: bn̄dixit domui aaron. Be-
nedixit oīb⁹ q̄ timēt dn̄m: puſillis cū maiorib⁹.
Adiiciat dn̄s ſuꝑ vos: ſuꝑ vos & ſuꝑ filios
veſtros. Benedicti vos dn̄o: q̄ fecit celū & ter-
ram. Celū celi dn̄o: terrā aūt dedit filiis hoīm.
Non mortui laudabūt te dn̄e neq₃ oēs q̄ deſ-
cendūt in īfernū. Sed nos q̄ viuim⁹ bn̄dici-

mꝰ dño: ex hoc nūc & vſq3 in ſcl'm.

FERIA SECVDA . ps. c xiiii.

Agit dauid gr̄tias pro liberatiōe periculorum ſaul'.

DILEXI: QVONIAM EX-
audiet dominus vocem oratiō-
nis meæ. Quia inclinauit aurē
ſuam mihi: & in diebus meis
inuocabo. Circūdederunt me dolores
mortis: & pericula inferni inuenerunt
me. Tribulationem & dolorem inueī:
& nomen domini inuocaui. O domine
libera animam meam: miſericors dñs
& iuſtus: & deus noſter miſeretur. Cuſ-
todiens paruulos dñs: humiliatus ſum
& liberauit me. Cōuertere aīa mea in re-
quiem tuam: quia dominus benefecit
tibi. Quia eripuit animam meam de mor-
te: oclos meos a lachrimis pedes meos a lapſu
Placebo dño: in regione viuorū.

PSALMVS . CXV.



Quã promi-
ſit in perſecu-
tione abſolon
grarũ actionẽ
vt liberaretur
exoluit.

CREDIDI PROPTER quod
locutus ſum: ego autem humi-
liatus ſum nimis. Ego dixi ĩ
exceſſu meo omnis homo men-
dax. Quid retribuam dño: pro omnibꝰ
quę retribuit mihi. Calicem ſalutaris
accipiam: & nomen dñi inuocabo. Vo-
ta mea dño reddam coram omni popu-
lo eius: precioſa in conſpectu dñi mors
ſanctorũ eiꝰ. O dñe qa ego ſeruus tuꝰ: ego ſer-
uus tuus & filius ancillæ tuę. Dirupi-
ſti vincula mea: tibi ſacrificabo hoſti-
am laudis. & nomen dñi inuocabo.
Vota mea dño reddam in conſpectu
omnis populi eius: in atrijs domus
domini in medio tui iheruſalem.

LAVDATE PSALMVS.CXVI.
dominum omnes gentes:
laudate eum omnes populi.
Quoniam confirmata eſt ſu-
per nos miſericordia eius: & veritas

domini manet ineternum.

PSALMVS. cxvii.

CONFITEMINI DOMINO
qm̃ bonus: qm̃ in ſeculum
miſericordia eius. Dicat nũc
iſrael qm̃ bonus: qm̃ in ſecu-
lum mĩa eius. Dicat nunc domus aa-
ron: qm̃ in ſeculum miſericordia eius.
Dicãt nunc qui timent dominũ: qm̃ ĩ
ſeculum miſericordia eius. De tribula-
tione inuocaui dominum: & exaudi-
uit me in latitudine dñs. Dominus mi-
hi adiutor: non timebo quid faciat mihi
homo. Dominus mihi adiutor: & ego
deſpiciam inimicos meos. Bonum
eſt confidere in dño: q̃ confidere in ho-
mine. Bonũ eſt ſperare in dño: qm̃ ſpe-
rare in principibus. Omnes gẽtes circũ-
dederunt me: & in noĩe dñi quia vultꝰ
ſum in eos. Circumdantes circumdede-
runt me: & in noĩe domini quia vultꝰ

ſum in eos. Circũdederunt me ſicut apes.
& exarſerunt ſicut ignis in ſpinis: & in
noĩe dñi quia vultus ſum in eos. Im-
pulſus euerſus ſum vt caderem: & do-
minus ſuſcepit me. Fortitudo mea &
laus mea dominus: & factus eſt mihi
in ſalutem. Vox exultationis & ſalutis:
in tabernaculis iuſtorũ. Dextera domi-
ni fecit virtutem: dextera domini exalta-
uit me. dextera domini fecit virtutem.
Non moriar ſed viuam: & narrabo o-
pera domini. Caſtigans caſtigauit me
dñs: & morti non tradidit me. Apite
mihi portas iuſticiæ. ingreſſus in eas cõ-
fitebor dño: hęc porta domini iuſti in-
trabunt in eam. Confitebor tibi qm̃ ex-
audiſti me: & factus es mihi in ſalutẽ.
Lapidem quem reprobauerũt edificã-
tes: hic factus eſt in caput anguli. A do-
mino factũ eſt iſtud: & eſt mirabile in
oculis noſtris. Hec eſt dies quam fecit

dominus : exultemus & lętemur in ea.
Odomine ſaluū me fac. o dñe bene pro-
ſperare: benedictus qui venit in nomine
dñi. Benediximus vobis de domo dñi:
deus dñs & illuxit nobis. Conſtituite
diem ſolemmem in condenſis: vſq; ad cor-
nu altaris. Deus meus es tu & confite-
bor tibi: deus meus es tu & exaltabo te.
Confitebor tibi qm̄ exaudiſti me: & fa-
ctus es mihi in ſalutem. Confitemini
domino qm̄ bonus: qm̄ in ſeculū mīa
eius.

PSALMVS . CXVIII .

BEATI ĪMACVLATI Ī VIA:
qui ambulant in lege domini.
Beati qui ſcrutantur teſtimonia
eius in toto corde exquirūt eū
Non eīm qui operantur iniquitatem: in
vijs eius ambulauerūt. Tu mandaſti:
mandata tua cuſtodire nimis. Vtinam
dirigantur viæ meę: ad cuſtodiendas

Agit de ſta-
tu btitudi-
nis. aleph.

Beth. oſtendit paſſiones iraſcibilis & concupiſcibilis.

iuſtificationes tuas. Tunc non confun-
dar: cum proſpexero in omnib⁹ mandatis
tuis. Confitebor tibi in directione cordis:
in eo ꝙ didici iudicia iuſticiæ tuę. Iuſti-
ficationes tuas cuſtodiam: non me dere-
linquas vſquequaqꝫ. In quo corrigit
adoleſcentior viam ſuam: in cuſtodien-
do ſermones tuos. In toto corde meo
exquiſiui te: ne repellas me a mandatis
tuis. In corde meo abſcondi eloquia
tua: vt non peccem tibi. Benedictus es
dn̄e: doce me iuſtificationes tuas. In
labijs meis: ꝓnũciaui omnia iudicia oris
tui. In via teſtimoniorũ tuorum dele-
ctatus ſum: ſicut in omnibus diuitijs.
In mandatis tuis exercebor: & conſi-
derabo vias tuas. In iuſtificationibus
tuis meditabor: non obliuiſcar ſermo-
nes tuos.

Gimel petit collationẽ grę̄ contra de-
fectũ virtutis humanę. PSALMVS.

RETRIBVE SERVO tuo viuifica me: & cuſtodiam ſermones tuos. Reuela oculos meos: & conſiderabo mirabilia de lege tua. Incola ego ſum in terra: non abſcondas a me mandata tua. Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas: in omni tempe. Increpaſti ſuperbos: maledicti qui declinant a mandatis tuis. Aufer a me opprobriũ & contemptũ: quia teſtimonia tua exquiſiui. Etẽ ſederũt principes & aduerſum me loquebantur: ſeru⁹ aũt tuus exercebatur in iuſtificationib⁹ tuis. Nam & teſtimonia tua meditatio mea eſt: & conſiliũ meum iuſtificationes tuæ. Adheſit pauimento anima mẽ: viuifica me ſecundũ verbum tuũ. Vias meas enunciaui & exaudiſti me: doce me iuſtificationes tuas. Viam iuſtificationum tuarũ inſtrue me: & exercebor

Gimel. Petit collationẽ grẽ contra defectũ virtutis humane.

in mirabilibus tuis. Dormitauit anīa
mea pre tedio: confirma me in verbis
tuis. Viam iniquitatis amoue a me: &
de lege tua miſerere mei. Viā veritatis
elegi: iudicia tua non ſum oblitus. Ad-
heſi teſtimonijs tuis domine: noli me cō-
fundere Viam mandatorum tuorum
concurri: cum dilataſti cor meū.

He. Petit directionem fidei ſimpliciū. PSAlm9.

LEGEM PONE MIHI DO-
mine viam iuſtificationū tuaꝝ
& exquiram eam ſemper. Da
mihi intellectū vt ſcrutabor le-
gem tuam: & cuſtodiam illam in toto
corde meo. Deduc me in ſemita manda-
torum tuorum: quia ipſam volui In-
clina cor meū in teſtimonia tua: & nō
in auariciam. Auerte oculos meos ne
videant vanitatem: in via tua viuifica
me Statue ſeruo tuo eloquiū tuum in
timore tuo. Amputa obprobriū meū

q̊d ſuſpicatus ſum: quia iudicia tua io-
cunda. Ecce concupiui mandata tua in
equitate tua viuifica me. Et veniat ſup
me miſericordia tua dn̄e: ſalutare tuū
ſecundum eloquium tuū. Et reſponde-
bo exprobrantibus mihi verbum: quia
ſperaui in ſermonibus tuis. Et ne aufe-
ras de ore meo verbum veritatis vſq̄q̄-
qȝ: quia in iudicijs tuis ſuperſperaui. Et
cuſtodiam legem tuam ſemper: in ſecu-
lum & in ſeculū ſeculi. Et ambulabam
in latitudine: quia mandata tua exqui-
ſiui. Et loquebar in teſtimonijs tuis in
conſpectu regum: & non confundebar.
Et meditabar in mandatis tuis quę di-
lexi: & exercebor in iuſtificationibus
tuis. PSALMVS. Zain. Petit ſubleua-
tionē ſpei ex gratia.

MEMOR ESTO VERBI
tui ſeruo tuo in quo mihi ſpē
dediſti. Hec me conſolata eſt ī

Het. Petit ſpei ſubleuationē.

humilitate mea: quia eloquium tuū viui-
ficauit me. Supbi inique agebant vſq3-
quaq3: a lege aūt tua non declinaui. Me-
mor fui iudiciorum tuorum a ſeculo do-
mine: & conſolatus ſum. Defectio tenu-
it me: pro peccatoribus derelinquentib9
legem tuam. Cantabiles mihi erant
iuſtificationes tuæ: in loco peregrina-
tionis meæ. Bemor fui nocte noīs tui
dn̄e: & cuſtodiui legem tuam. Mec fa-
cta eſt mihi quia iuſtificationes tuas
exquiſiui. Portio mea dn̄e: dixi cuſto-
dire legem tuam. Deprecatus ſum fa-
ciem tuam in toto corde meo: miſerere
mei ſecundum eloquium tuū. Cogita-
ui vias meas: & conuerti pedes meos
in teſtimonia tua. Paratus ſum & non
ſum turbatus: vt cuſtodiam mandata
tua. Funes peccatorum circumplexi ſūt
me: & legem tuam non ſum oblitus. Me-
dia nocte ſurgebam ad confitendū tibi:

ſuper iudicia iuſtificationis tuæ. Particeps
ego ſum omniū timentium te: & cuſtodi-
entium mandata tua. Miſericordia tua
dn̄e plena eſt terra: iuſtificationes tuas
doce me. PSALMVS.

Teth. Cognoſ-
cit caritatem
& bn̄ficijs me-
tis.

BONITATEM FECISTI cū
ſeruo tuo dn̄e: ſecundum verbū
tuum. Bonitatem & diſciplinā
& ſcientiam doce me: quia man-
datis tuis credidi. Priuſq̄ȝ humiliarer ego
deliq. propterea eloquium tuum cuſtodi-
ui. Bonus es tu: & in bonitate tua doce
me iuſtificationes tuas. Multiplicata eſt
ſuper me iniquitas ſup̱borum: ego aūt ī
toto cord' meo ſcrutabor mandata tua.
Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum: ego
vero legem tuam meditatꝰ ſū. Bonū mi-
hi quia humiliaſti me: vt diſcam iuſtifi-
cationes tuas. Bonum mihi lex oris tui
ſuper milia auri & argenti.

PSALMVS.

Ioth. Cognoſcit caritatem ex beneficiȷs corpis.

MANVS TVÆ FECERV̄T me & plaſmauerunt me: da mihi intellectum vt diſcam mandata tua. Qui timent te videbūt me & letabuntur quia ĩ verba tua ſuperſperaui. Cognoui dñe quia equitas iudicia tua & in veritate tua humiliaſti me. Fiat miſericordia tua vt conſoletur me: ſecundum eloquium tuum ſeruo tuo. Veniant mihi miſerationes tuæ & viuam: quia lex tua meditatio mea eſt. Confundantur ſuperbi quia iniuſte iniquitatem fecerunt in me: ego aũt exercebor in mandatis tuis. Conuertantur mihi timentes te: & qui nouerũt teſtimonia tua. Fiat cor meum ĩmaculatũ in iuſtificationibus tuis vt non confundar.

PSALMVS.

Caph. Suauitas vitę contẽplatiue ex parte obiecti

DEFECIT IN SALVTARI tuo anima mea: & in verbũ tuum ſuꝑſperaui. Defecerunt

oculi mei in eloquiū tuum : dicentes qn̄
conſolaberis me . Quia factus ſum ſic̄
vter in pruina : iuſtificationes tuas non
ſum oblitus . Quot ſunt dies ſerui tui
qn̄ facies de perſequentibus me iudici-
um . Narrauerunt mihi iniqui fabulati-
ones : ſed non vt lex tua . Omnia manda-
ta tua veritas inique perſecuti ſunt me
adiuua me . Paulominus conſumauerūt
me in terra : ego autem non dereliqui mā-
data tua . Secundum miſericordiam tu-
am viuifica me : & cuſtodiam teſtimo-
nia oris tui . Ineternum dn̄e : verbū tu-
um permanet in celo . In generatione
& generationem veritas tua : fundaſti
terram & ꝑmanet . Ordinatione tua perſe-
uerat dies : qm̄ oīa ſeruiunt tibi . Niſi qꝛ
lex tua meditatio mea eſt : tunc forte pe-
riſſem in humilitate mea . Ineternum
non obliuiſcar iuſtificationes tuas : qa
in ipſis viuificaſti me . Tuus ſum ego

Lamech ſua-
uitatis ſtabi-
litas .

ſaluum me fac: qm̄ iuſtificationes tuas exquiſiui. Me expectauerunt peccatores vt perderent me: teſtimonia tua intellexi. Omnis conſumationis vidi finem: latū mandatum tuū nimis.

PSALMVS.

mem: Suauitas contemplatiois perficit intellectū.

QVOMODO DILEXI LEgem tuam dn̄e: tota die meditatio mea eſt. Super inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo: quia ineternum mihi eſt. Sup omnes docentes me intellexi: quia teſtimonia tua meditatio mea eſt. Super ſenes intellexi: quia mandata tua quiſiui. Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt cuſtodia verba tua A iudicijs tuis non declinaui: quia tu legem poſuiſti mihi. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: ſuper mel ori meo A mandatis tuis intellexi. propterea odiui omnem viam iniquitatis.

PSALMVS.

LVCERNA PEDIBVS MEIS verbum tuum & lumen ſemitis meis. Iuraui & ſtatui: cuſtodire iudicia iuſticiæ tuę. Humiliat⁹ ſum vſquequaq;: domine viuifica me ſecundum verbum tuū. Voluntaria oris mei beneplacita fac dñe: & iudicia tua doce me. Anima mea in manibus meis ſemꝑ: & legem tuam non ſum oblitus. Poſuerunt peccatores laqueū mihi: & de mandatis tuis non erraui. Hereditate acquiſiui teſtimonia tua ineternum: quia exultatio cordis mei ſunt. Inclinaui cor meū ad faciendas iuſtificationes tuas ineternū: propter retributionem.

Nun. Suauitas eiuſdem dirigit affectū.

PSALMVS.

INIQVOS ODIO HABVI: & legem tuā dilexi. Adiutor & ſuſceptor meus es tu & in verbum tuum ſuꝑſperaui. Declinate a me

Samech. Iniq̄tas doctrine erranee deteſtabilis.

maligni : & ſcrutabor mandata dei mei.
Suſcipe me ſecundum eloquiũ tuũ &
viuam & non confundas me ab expecta-
tione mea. Adiuua me & ſaluus ero &
meditabor in iuſtificationib9 tuis ſemp̄.
Spreuiſti omnes diſcedentes a iudicijs
tuis quia ĩiuſta cogitatio eorũ. Pre-
uaricantes reputaui omnes peccatores
terræ: ideo dilexi teſtimonia tua. Confige
timore tuo carnes meas: a iudicijs em̃
tuis timui.

Ain. Malicia eiuſdem deſcribitur quia formidabis.

PSALMVS.

FECI IVDICIVM ET IVS-
ticiam : non tradas me calumni-
antibus me. Suſcipe ſeruũ tuũ
in bonum non calumnientur me
ſuperbi. Oculi mei defecerunt in ſalutare
tuum: & in eloquium iuſticiæ tuę. Fac cũ
ſeruo tuo ſecundum miſericordiam tuam:
& iuſtificationes tuas doce me. Seruus
tuus ſum ego: da mihi intellectum vt ſci-

am teſtimonia tua. Tempus faciendi
dn̄e: diſſipauerunt legem tuam. Ideo
dilexi mandata tua: ſuper aurū & tho-
pazion. Propterea ad omnia mandata
tua dirigebar: omnem viam iniquam
odio habui. AD NONAM

MIRABILIA TESTIMONIA
tua dn̄e: ideo ſcrutata eſt ea aīa
mea. Declaratio ſermonū tuo-
rū illuminat: & intellectū dat
ꝑuulis. Os meum aꝑui & attraxi ſpm̄:
quia mandata tua deſiderabam. Aſpice
in me & miſerere mei: ſecundum iudiciū
diligentiū nomen tuum. Greſſus meos
dirige ſecundum eloquiū tuū: & nō domi-
netur mei omnis iniuſticia. Redime me
a calumnijs hominū. vt cuſtodiam mā-
data tua. Faciem tuā illumina ſuꝑ ſer-
uum tuum: & doce me iuſtificationes
tuas. Exitus aquarū deduxerūt oculi

Phe. Contē-
platione q̃ eſt
ad
exmiratione
deſcribit

Sade Poni-
tur zelus con-
ſequens con-
templationē.

mei: quia non cuſtodierunt legem tuam.
Iuſtus es dn̄e: & rectum iudiciū tuum.
Mandaſti iuſticiam teſtimonia tua: &
veritatem tuam nimis. Tabeſcere me fe-
cit zelus meus: quia obliti ſunt verba
tua inimici mei. Ignitū eloquiū tuum
vehementer: & ſeruus tuus dilexit illud.
Adoleſcentulus ſum ego & contempt⁹:
iuſtificationes tuas non ſum oblit⁹. Iuſ-
ticia tua iuſticia in eternuз : & lex tua ve-
ritas. Tribulatio & anguſtia inuenerūt
me: mandata tua meditatio mea eſt. Eq-
tas teſtimonia tua in eternū: intellectū
da mihi & viuam.

Coph. Aſcē-
ſus contempla-
tionis ex feruē-
ti orone.

PSALMVS.

CLAMAVI IN TOTO COR-
de meo exaudi me dn̄e: iuſtifi-
cationes tuas requiram. Cla-
maui ad te ſaluū me fac: vt
cuſtodiam mandata tua. Preueni in
maturitate & clamaui: qa ī verba tua ſu-

per ſperaui . Preuenerũt oculi mei ad te
diluculo : vt meditarer eloquia tua .
Vocem meam audi ſecundum miſeri-
cordiam tuam dñe : & ſecundum iudi-
cium tuum viuifica me . Appropinqua-
uerũt perſequẽtes me ĩiquitati : a lege autem
tua longe facti ſunt . Prope es tu dñe : &
omnes viæ tuę veritas . Inicio cognoui
de teſtimoniȷs tuis : quia in ęternũ fun-
daſti ea . Vide humilitatem meam & eri-
pe me : quia legem tuam non ſum oblit9.
Iudica iudiciũ meũ & redime me : pro-
pter eloquiũ tuum viuifica me . Longe
a peccatorib9 ſalus : quia iuſtificationes
tuas non exquiſierũt . Miſericordiæ tuę
multę dñe : ſecundũ iudicium tuũ viui-
fica me . Multi qui perſequũtur me & tri-
bulant me : a teſtimoniȷs tuis non decli-
naui . Vidi preuaricantes & tabeſcebam :
quia eloquia tua non cuſtodierunt . Vi-
de qm̃ mandata tua dilexi dñe : in miſe-

ricordia tua viuifica me. Principiũ ver-
borum tuorũ veritas: in ęternũ omnia
iudicia iuſticię tuæ.

PSALMVS.

Sin. Iocũditas contemplatiõis q̃ndoq; impedita. a demonib⁹

PRINCIPES PERSECVTI ſũt
me gratis: & a verbis tuis for-
midauit cor meũ. Letabor ego
ſuper eloquia tua ſicut qui inue-
nit ſpolia multa. Iniquitatem odio ha-
bui & abhominatus ſum: legem autẽ tuã
dilexi. Septies in die laudem dixi tibi: ſu-
per iudicia iuſticiæ tuę. Pax multa dili-
gentibus legem tuam: & non eſt illis ſcã-
dalum. Expectabam ſalutare tuũ dñe: &
mandata tua dilexi. Cuſtodiuit aĩa mea
teſtimonia tua: & dilexit ea vehementer.
Seruaui mandata tua & teſtimonia tua:
quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo.
Appropinquet deprecatio mea in con-
ſpectu tuo dñe: iuxta eloquiũ tuum da mi-
hi intellectum. Intret poſtulatio mea ĩ con-

ſpectu tuo: ſecundum eloquiū tuū eripe
me. Eructabunt labia mea hymnum cū
docueris me iuſtificationes tuas. Pro-
nunciabit ligua mea eloquiū tuum: q̃a
omnia mandata tua equitas. Fiat ma-
nus tua vt ſaluet me: qm̃ mandata tua
elegi. Concupiui ſalutare tuum dn̄e &
lex tua meditatio mea eſt. Viuet anima
mea & laudabit te: & iudicia tua adiu-
uabunt me. Erraui ſicut ouis q̄ perijt q̄-
re ſeruum tuū domine: quia mandata
tua non ſum oblitus. FERIA QVARTA

PSALMVS. cxix.

AD DOMINVM CVM TRI-
bularer clamaui: & exaudiuit
me. Domine libera aīam meā
a labijs iniquis: & a lingua do-
loſa. Quid detur tibi aut quid apponatur
tibi: ad linguam doloſam. Sagitte potē-
tis acute: cum carbonibus deſolatorijs.
Heu mihi quia incolatus meus prolō-



Orat pro bo-
no ſtatu pplĩ
reuerſi.

gatus eſt: habitaui cum habitantibus
cedar. multum incola fuit aĩa mea. Cũ
his qui oderunt pacem eram pacificus:
cum loquebar illis impugnabant me
gratis.

PSALMVS. cxx.

LEVAVI OCVLOS MEOS
in montes: vnde veniet auxi-
lium mihi. Auxilium meũ a
dño: qui fecit celum & terram.
Non det in cõmotionem pedem tuum:
neq; dormitet qui cuſtodit te. Ecce nõ
dormitabit neq; dormiet qui cuſtodit
iſrahel. Dominus cuſtodit te dñs pro-
tectio tua: ſuper manum dexteram tuã.
Per diem ſol non vret te: neq; luna ꝑ
noctem. Dominus cuſtodit te ab omni
malo: cuſtodiat animam tuã dominꝰ.
Dominus cuſtodiat introitum tuum
& exitum tuũ: ex hoc nũc & vſq; in ſe-
culum.

PSALMVS . cxxi.

LETATVS SVM IN HIS quę
dicta ſunt mihi : in domū domi-
ni ibimus . Stantes erant pedes
nrī : in atrijs tuis iheruſalem .
Hheruſalem quæ edificatur vt ciuitas: cu-
ius participatio eius in idipſum . Illuc
em̄ aſcenderūt tribus tribus dñi teſti-
monium iſrael: ad confitendū nomini
domini . Quia illic ſederunt ſedes in iu-
dicio : ſedes ſuper domū dauid . Roga-
te quæ ad pacem ſunt iheruſalem : & abū-
dantia diligentibus te . Fiat pax in vir-
tute tua : & abundantia in turribus tuis.
Propter fratres meos & proximos me-
os : loquebar pacem de te . Propter do-
mum domini dei noſtri : queſiui bona
tibi .

Edificationē templi ſpū pr-
uidit .

PSALMVS . cxxii .

AD TE DOMINE LEVAVI
oculos meos : qui habitas in coe-
lis . Ecce ſicut oculi ſeruorū : in

Pro liberatio-
ne ppli ab
anthiocho .

manibus dominorum ſuorũ. Sicut oculi ancillæ ĩ manibꝰ dñę ſuę: ita oculi nrĩ ad dominũ deum noſtrũ. donec miſereatur noſtri. Miſerere noſtri domine miſerere noſtri: quia multũ repleti ſumus deſpectione. Quia multum repleta eſt aĩa nrã: opprobrium abundantibus & deſpectio ſuperbis.

Agit grãs pro liberatione.

PSALMVS. CXXIII.

NISI QVIA DOMINVS erat in nobis: dicat nunc iſrael. niſi quia dñs erat in nobis. Cum exurgerent homines in nos: forte viuos deglutiſſent nos. Cum iraſcetur furor eorum in nos: forſitan aq̃ abſorbuiſſet nos. Torrentem pertranſiuit aĩa nrã: forſitan pertranſiſſet aĩa noſtra aquam intollerabilem. Benedictus dñs: qui non dedit nos in captionem dentibꝰ eorum. Anima nrã ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium: laqueus contri-

tus eſt: & nos liberati ſumus Adiutoriũ noſtrũ in noĩe dñi: qui fecit coelũ & terrã.

PSALMVS. CXXIIII.

QVI CONFIDVNT IN DOMIno ſicut mons ſyon: non cõmouebitur in eternũ qui habitat in iheruſalem. Montes in circuitu eius. & dñs in circuitu pplí ſui: ex hoc nũc & vſq; in ſeculũ. Quia non relinquet dominus virgam peccatorũ ſuper ſortẽ iuſtorum: vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas. Benefac domine: bonis & rectis corde. Declinantes aũt in obligationes, adducet dñs cum operãtibus iniquitatem: pax ſuper iſrael.

Prophetizat de pane celeſtis hieruſalẽ & eius ſublimitate.

PSALMVS. CXXV.

IN CONVERTENDO DOminus captiuitatem ſyon: facti ſumus ſicut conſolati. Tunc repletũ eſt gaudio os noſtrum: &

Reditũ a babylonia in ſpũ ꝑuidit.

lingua noſtra exultatione. Tunc dicent inter gentes: magnificauit dominus facere cum eis. Magnificauit dominus facere nobiſcum: facti ſumus letantes. Conuertere domine captiuitatem noſtram: ſicut torrens in auſtro. Qui ſeminant in lacrimis: in exultatione metent. Euntes ibant & flebant: mittentes ſemina ſua. Venientes aũt venient cum exultatione: portantes manipulos ſuos.

FERIA QVARTA AD VESPeras

PSALMVS. CXXVI.

Pro edificatione templi diuinũ ĩplorat auxiliũ

NISI DOMINVS EDIFICAuerit domũ: inuanũ laborauerunt qui edificant eã. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatẽ: fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: ſurgite poſtq̃ ſederitis. qui manducatis panẽ doloris. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce hereditas dñi: filij merces





fructus ventris. Sicut ſagitte in manu po-
tentis: ita filij excuſſorū. Beatus vir qui
impleuit deſiderium ſuum ex ipſis: non cō-
fundetur cum loquetur inimicis ſuis in
porta. PSALMVS. CXXVII.

BEATI OMNES QVI TIMĒT dominū: qui ambulant in vijs eius. Labores manuū tuarum quia manducabis: beatus es & bene tibi erit. Vxor tua ſicut vitis abundans: in lateribus domus tuæ. Filij tui ſicut nouellę oliuarum: in circuitu menſæ tuæ. Ecce ſic benedicetur homo: qui timet dominum. Benedicat tibi dominus ex ſyon. & videas bona iheruſalem: omnibus diebus vitę tuæ. Et videas filios filiorū tuorum: pacē ſuper iſrael.

Inuitat ad timorem dei

PSALMVS. CXXVIII.

SEPE EXPVGNAVERVT me a iuuentute mea: dicat

Gratias agit ꝙ ppl9 eſt liberat9 a pluribꝰ pſecutionibus.

nunc iſrael Sepe expugnauerũt me a iuuentute mea: etenim non potuerũt mihi. Supra dorſum meum fabricaue-runt peccatores: prolongauerũt iniqui-tatem ſuam. Dominus iuſtus concidet ceruices peccatorũ: confundantur & cõ-uertantur retrorſum omnes qui oderũt ſyon. Fiant ſicut fenum tectorũ: quod priuſq̃ euellatur exaruit. De quo nõ im-plebit manũ ſuam qui metet: & ſinũ ſuũ qui manipulos colliget. Et non dixerũt qui preteribant: benedictio domini ſuper vos. benediximus vobis in noĩe domi-ni.

PSALMVS. cxxix.

DE PROFVNDIS CLAMA-ui ad te domine: dñe exaudi vocem meam Fiant aures tuę intendentes: in vocem de-precationis meæ. Si iniquitates obſer-uaueris domine: dñe quis ſuſtinebit. Quia apud te propiciatio eſt: & prop-

ter legem tuam ſuſtinui te domine. Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in domino. A cuſtodia matutina vſq; ad noctem: ſperet iſrael ĩ domino. Quia apud dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio. Et ipſe redimet iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius.

PSALMVS. cxxx.

DOMINE NON EST EXALTATUM cor meum: neq; elati ſũt oculi mei. Neq; ambulaui in magnis & neq; in mirabilib⁹ ſuper me. Si non humiliter ſentiebam: ſed exaltaui animam meã. Sicut ablactat⁹ eſt ſuper matrẽ ſuã: ita retributio in aĩa; meã. Speret iſrael in dño: ex hoc nũc & vſq; in ſeculũ.

Suam humilitatem proponit deo vt ppl conſeruet.

FERIA QVINTA.

PSALMVS. cxxxi.

MEMENTO DOMINE DAuid: & omnis manſuetudinis

Exprimit deuotionẽ quam habuit ad edificationem templi.



eius. Sicut iurauit domino: votũ vouit
deo iacob. Si introiero in tabernaculũ
domus meę: ſi aſcendero in lectũ ſtrati
mei Si dedero ſomnum oculis meis:
& palpebris meis dormitationem Et re-
quiem temporibus meis donec inueniã
locum dño: tabernaculum deo iacob.
Ecce audiuimus eam in effrata: inueni-
mus eam in campis ſilue. Introibimus
in tabernaculũ eius: adorabimus in lo-
co vbi ſteterunt pedes eius Surge do-
mine in requiem tuam: tu & arca ſan-
ctificationis tuæ. Sacerdotes tui indu-
antur iuſticia: & ſancti tui exultent.
Propter dauid ſeruum tuũ: non auer-
tas faciem xpi tui Iurauit dominus da-
uid veritatem. & non fruſtrabit eum: de
fructu ventris tui ponam ſuper ſedẽ tuã.
Si cuſtodierĩt filij tui teſtamentum me-
um: & teſtimonia mea hęc quę docebo
eos. Et filij eorum vſq; in ſeculũ ſede-

debunt ſuper ſedem tuam Quoniam e-
legit dominus ſyon: elegit eam inhabi-
tationem ſibi Hec requies mea in ſecu-
lum ſeculi: hic habitabo qm̃ elegi eam.
Viduam eius benedicens benedicã: pau-
peres eius ſaturabo panibus. Sacerdo-
tes eius induam ſalutari: & ſancti ei9
exultatione exultabũt Illuc producam
cornu dauid paraui lucernam xp̃o meo.
Inimicos eius induam confuſione: ſu-
per ipſum aũt efflorebit ſanctificatio mea.

PSALMVS. CXXXII.

ECCE QVAM BONVM &
q̃ iocundũ: habitare fratres in
vnum. Sicut vngentũ in ca-
pite: quod deſcendit in barbã
barbam aaron. Quod deſcendit in orã
veſtimenti eius: ſicut ros hermon qui
deſcendit in montem ſyon. Quoniam
illic mandauit dominus benedictionẽ:
& vitam vſq3 in ſeculum.

PSALMVS . CXXXIII.

Inuitat ſa-
cerdotes ad
laudem dei.

ECCE NVNC BENEDICITE
dño omnis ſerui dñi. Qui ſta-
tis in domo domini : in atrijs
domus dei noſtri. In nocti-
bus extollite manus veſtras in ſancta:
& benedicite dño. Benedicat te dñs ex
ſyon : qui fecit celum & terram.

PSALMVS . CXXXIIII.

Inuitat fide-
les ad lau-
dem dei.

LAVDATE NOMEN DO-
mini: laudate ſerui dominũ
Qui ſtatis in domo domini:
in atrijs domus dei noſtri.
Laudate dominũ quia bonus dominꝰ:
pſallite nomini eius qm̃ ſuaue eſt. Quo-
niam iacob elegit ſibi dñs: iſrael in poſ-
ſeſſionem ſibi. Quia ego cognoui ꝙ
magnus eſt dominus: & deus noſter
pre omnibus dijs Omnia quecũqꝫ vo-
luit fecit dñs in celo & in terra: in ma-
ri & in omnibus abiſſis. Educens nu-

bes ab extremo terræ: fulgura in pluui-
am fecit. Qui producit ventos de the-
ſauris ſuis: qui percuſſit primogenita
egypti ab hoīe vſqꝫ ad pecus. Et miſit
ſigna & prodigia in medio tui egypti:
in pharaonē & ĩ omnes ſeruos eius. Qui
percuſſit gentes multas: & occidit reges
fortes. Seon regem amorreorū & og re-
gem baſan: & oīa ſigna chanaan. Et
dedit terram eorū hereditatem: heredi-
tatem iſrael populo ſuo. Domine nomē
tuum ineternū: domine memoriale tuū
in generatione & generationem. Quia
iudicabit dominus populū ſuum: & in ſer-
uis ſuis deprecabitur. Simulacra gen-
tiū argentū & aurum: oꝑa manuū ho-
minū. Os habent & non loquentur: ocu-
los habent & non videbunt. Aures ha-
bent & non audient: neqꝫ em̄ eſt ſpūs
in ore ipſorum. Similes illis fiant qui fa-
ciunt ea: & omnes qui confidunt in eis.

Domus iſrael benedicite dño : domus
aaron benedicite dño . Domus leui bene-
dicite dño : qui timetis dominũ bene-
dicite domino . Benedictus dominus
ex ſyon : qui habitat in iheruſalem .

PSALMVS . cxxxv.

Inuitat ad laudem dei excollatis bñficijs.

CONFITEMINI DOMINO
qm̃ bonus : qm̃ ineternũ mĩa
eius . Confitemini deo deorũ :
qm̃ ineternũ miſericordia eius .
Confitemini dño dñorũ : qm̃ . Qui facit
mirabilia magna ſolus : qm̃ . Qui fecit
celos in intellectu : qm̃ . Qui firmauit ter-
ram ſuper aquas : qm̃ . Qui fecit lumina-
ria magna : qm̃ . Solem in poteſtatem
diei : qm̃ . Lunam & ſtellas in poteſtatẽ
noctis : qm̃ . Qui percuſſit egyptũ cum
primogenitis eorum : qm̃ . Qui eduxit
iſrael de medio eorum : qm̃ . In manu
potenti : & brachio excelſo : qm̃ . Qui di-
uiſit mare rubrũ in diuiſiones : qm̃ . Et

eduxit iſrael per mediũ eius : qm̃. Et
excuſſit pharaonem & virtutem eius
in mari rubro : qm̃. Qui percuſſit reges
magnos : qm̃. Et occidit reges fortes :
qm̃. Seon regem amorreorꝝ. q: Et og regẽ
baſan: qm̃. Et dedit terrã eorũ hereditatẽ.
qm̃. Hereditatẽ iſrael ſeruo ſuo. qm̃ Quia
in humilitate noſtra memor fuit nr̃
Et redemit nos ab ĩimicis nr̃is: q: Qui dat
eſcam oĩ carni. qm̃. Confitemini deo celi:
qm̃. Confitemini dño dominorũ. quoni-
am ineter: PSALMVS. CXXXVI.

SVPER FLVMINA BABI-
lonis illic ſedimus & fleuim⁹:
dũ recordaremur ſyon. In ſali-
cibus in medio eius : ſuſpen-
dimus organa nr̃a. Quia illic interro-
gauerũt nos qui captiuos duxerũt nos:
verba cantionum. Et qui abduxerũt nos:
hymnũ cantate nobis de canticis ſyon.
Quomodo cantabimus canticũ domi-
ni : in terra aliena. Si oblitus fuero tui

iheruſalem: ī obliuioni detur dextera mea.
Adhereat ligua mea faucibus meis: ſi
non meminero tui Si non propoſuero
heruſalem: in principio leticiæ meæ.
Memor eſto domine filiorum edom: ī
die iheruſalem. Qui dicūt exinanitę: ex-
inanitę vſqꝫ ad fundamentū in ea. Fi-
lia babilonis miſera: beatus qui retribu-
et tibi retributionem tuam quā retribui-
ſti nobis. Beatus qui tenebit: & allidet
paruulos ſuos ad petram. FERIA SEX-
ta. PSALMVS. CXXXVII.

Grãs agit p̄
liberatione ſua.
abſolon.

CONFITEBOR TIBI DO-
mine in toto corde meo: qm̄ audiſ-
ti oīa verba oris mei In conſpe-
ctu angelorum pſallam tibi ado-
rabo ad templū ſanctum tuū: & confite-
bor noī tuo. Super miſericordia tua &
veritate tua: qm̄ magnificaſti ſuper omne
nomen ſanctū tuū. In quacumqꝫ die inuo-
cauero te exaudi me: multiplicabis in aīa



mea virtutem. Confiteantur tibi domĩe
omnes reges terræ: quia audierũt oĩa ver-
ba oris tui. Et cantent in vijs dñi: qm̃
magna eſt glĩa dñi. Quoniam excelſus
dñs & humilia reſpicit: & alta a longe
cognoſcit. Si ambulauero in medio tri-
bulationis viuificabis me. & ſuper iram
inimicorũ meorũ extendiſti manũ tuam
& ſaluum me fecit dextera tua. Domin⁹
retribuet pro me. dñe mĩa tua in ſeculum:
opera manuũ tuarum ne deſpicias.

IN FINEM PSALMVS dauid. 138.

Confeſſio di
uini laudis
ipſius daui
ꝑ dei eminẽt

DOMINE PROBASTI ME &
cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſ-
ſionem meam & reſurrectionem
meã. Intellexiſti cogitationes me-
as de longe: ſemitam meã & funiculũ me-
um inueſtigaſti. Et oẽs vias meas preui-
diſti: quia non eſt ſermo in lingua mea. Ecce
dñe tu cognouiſti omnia nouiſſima &
antiqua: tu formaſti me & poſuiſti ſuper

me manũ tuam. Mirabilis facta eſt ſcien-
tia tua ex me: conforta eſt & non potero
ad eã. Quo ibo a ſpũ tuo: & quo a facie
tua fugiam. Si aſcendero in celũ tu illic
es: ſi deſcendero ad infernũ ades. Si ſũp-
ſero pennas meas diluculo: & habitaue-
ro in extremis maris. Etẽ illuc man9
tua deducet me: & tenebit me dextera tua.
Et dixi forſitan tenebre conculcabũt me:
& nox illuminatio mea in delicijs meis.
Quia tenebre non obſcurabuntur a te. &
nox ſicut dies illuminabitur: ſicut tene-
bre eius ita & lumen eius. Quia tu poſ-
ſediſti renes meos: ſuſcepiſti me de vtero
matris meæ. Confitebor tibi quia terribi-
liter magnificatus es. mirabilia opa tua:
& aĩa mea cognoſcet nimis. Non eſt oc-
cultatum os meuȝ a te q̊d feciſti in ocul-
to: & ſubſtantia mea in inferiorib9 terræ.
Imperfectũ meum viderũt oculi tui. &
in libro tuo omnes ſcribentur: dies for-

mabuntur & nemo in eis. Mihi autē
nimis honorificati ſunt amici tui de9:
nimis confortatus eſt principatus eo-
rum. Dinumerabo eos & ſup harenā
multiplicabuntur: exurrexi & adhuc
ſum tecum. Si occideris deus peccato-
res viri ſanguinū declinate a me. Quia
dicitis in cogitatione accipiant in va-
nitate ciuitates ſuas. Donne qui ode-
runt te domine oderam; & ſuper ini-
micos tuos tabeſcebam. Perfecto odi-
o oderam illos: inimici facti ſunt mihi.
Proba me deus & ſcito cor meū: inter-
roga me & cognoſce ſemitas meas Et
vide ſi via iniquitatis in me eſt: & deduc
me in via eterna.

IN FINEM p̄s Dauid. 139.

ERIPE ME DOMINE AB hoīe malo: a viro iniquo eripe me. Qui cogitauerūt iniquitates ī corde: tota die conſtituebant p̄-

Orat pro liberation ſua a ſaul.

lia. Acuerūt linguas ſuas ſicut ſerpen-
tes: venenū aſpidum ſub labijs eorum.
Cuſtodi me dñe de manu peccatorū: &
ab hominib⁹ iniquis eripe me. Qui co-
gitauerūt ſupplantare greſſus meos:
abſconderūt ſuperbi laqueum mihi.
Et funes extenderūt in laqueū: iuxta
iter ſcandalum poſuerūt mihi. Dixi do-
mino deus meus es tu: exaudi dñe vo-
cem deprecationis meæ. Domine dñe
virtus ſalutis meæ: obumbraſti ſup ca-
put meum in die belli. Non tradas me
domine a deſiderio meo peccatori: co-
gitauerūt contra me. ne derelinquas me
ne forte exaltentur. Caput circuitus eorum
labor labiorū ipſorum: operiet eos. Ca-
dent ſup eos carbones. in ignem deijci-
es eos: in miſerijs non ſubſiſtent. Vir
linguoſus non dirigetur in terra virū
iniuſtū mala capient in interitu. Cog-
noui quia faciet dominus iudiciū in-

opis: & vindictã pauperũ. Veruntamẽ iuſti confitebuntur nomini tuo: & habitabunt recti cũ vultu tuo.

PSALMVS David. 140.

DOMINE CLAMAVI AD te exaudi me: intende voci meæ: cũ clamauero ad te. Dirigatur orõ mea ſicut incenſum in conſpectu tuo: eleuatio manuũ mearũ ſacrificium veſpertinũ. Pone domine cuſtodiam ori meo: & oſtiũ circumſtantiæ labijs meis. Non declines cor meũ in verba maliciæ: ad excuſandas excuſatiões in peccatis.

Orat ne peccatum recidiuetur.

Cum hoĩbus operantibus iniquitatẽ: & cõmunicabo cum electis eorũ. Corripiet me iuſtus in miſericordia & increpabit me oleũ aũt peccatoris non impinguet caput meũ. Quoniam adhuc & orõ mea in beneplacitis eorum: abſorpti ſũt iuncti petre iudices eorum. Audient ver-

ba mea qm̄ potuerũt : ſicut craſſitudo terræ erupta eſt ſuper terram. Diſſipata ſunt oſſa nr̄a ſecus infernũ : quia ad te dñe dñe oculi mei in te ſperaui non auferas animam meã. Cuſtodi me a laq̃o quem ſtatuerũt mihi : & a ſcandalis operãtium iniquitatem. Cadẽt ĩ retiaculo eiꝰ peccatores : ſingulariter ſum ego donec tranſeam.

PSALMVS .cxli.

Orauit dauid qñ euaſit manus philiſtinorum.

VOCE MEA AD DOMINVM clamaui : voce mea ad dñm deprecatus ſum. Effundo in conſpectu eius orationẽ meã : & tribulationẽ meam ante ipm̄ pronuntio. Indeficiendo ex me ſpm̄ meum : & tu cognouiſti ſemitas meas. In via hac q̃ ambulabã : abſcõderũt ſup̄bi laqueũ mihi. Conſiderabam ad dexterã & videbam : & non erat qui cognoſceret me. Perijt

fuga a me : & non eſt qui requirat aĩam
meam Clamaui ad te dñe dixi : tu es ſpes
mea portio mea in terra viuẽtiuꝫ. Intende ad
depcationẽ meã : quia humiliatus ſũ ni-
mis Libera me a perſequentibus me:
quia confortati ſunt ſuper me. Educ
de cuſtodia aĩam meã. ad confitendum
noĩ tuo : me expectant iuſti donec retri-
buas mihi.

PSALMVS. cxlii.

Lachrimo-
ſe conqrit
pſecutionẽ
abſolon.

DOMINE EXAVDI ORATI-
onem meã auribus pcipe obſe-
crationem meam : in veritate tua
exaudi me in tua iuſticia Et
non intres in iudiciũ cum ſeruo tuo : quia
non iuſtificabitur in conſpectu tuo oĩs
viuens. Quia perſecutus eſt inimicus aĩaꝫ
meam : humiliauit in terra vitã meã Col-
locauit me in obſcuris ſicut mortuus ſe-

culi: & anxiatus eſt ſup̱ me ſpũs meus.
in me turbatum eſt cor meũ. Memor fui
dierũ antiquorũ. meditatus ſum in oĩ-
bus operibus tuis: in factis manuũ tu-
arum meditabar. Expandi manus me-
as ad te aĩa mea ſicut terra ſine aqua ti-
bi. Velociter exaudi me dñe: defecit ſpũs
meus. Non auertas faciem tuã a me: &
ſimilis ero deſcendentibꝰ in lacũ. Audi-
tam fac mihi mane miſericordiã tuã q̱a
in te ſperaui. Notam fac mihi domine
viam in qua ambulem: quia ad te le-
uaui animam meam. Eripe me de
inimicis meis dñe ad te confugi: do-
ce me facere voluntatem tuam: q̱a
deus meus es tu. Spiritus tuus
bonus deducet me in terram rectã:
propter nomen tuum domine vi-
uificabis me in equitate tua. Edu-
ces de tribulatione animam meam
& in miſericordia tua diſperdes oẽs

inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulant animam meam: qm̄ ego ſeruus tuus ſum.

SABBA AD VESPERAS.

PSALMVS. cxliii.

Diuinū confitetur adiutoriū in pugna

BENEDICTVS DOMINVS deus meus qui docet manus meas ad preliū: & digitos meos ad bellū. Miſericordia mea & refugiū meū ſuſceptor meus & liberator meus. Protector meus & in ipō ſperaui qui ſubdit populū meū ſub me. Domine quid eſt homo quia innotuiſti ei: aut filius hoīs quia reputas eum. Homo vanitati ſimilis factus eſt dies eius ſicut vmbra pretereūt. Domine inclina celos tuos & deſcende: tange mōtes & fumigabūt. Fulgura coruſcationem & diſſipabis eos: emitte ſagittas tuas & conturbabis eos. Emitte manū tuā de alta: eripe me & libera me de a-



quis multis & de manu filiorū alienoꝝ.
Quorū os locutū eſt vanitatem: & dex-
tera eorum dextera iniquitatis. Deus
canticū nouū cantabo tibi in pſalterio
decacordo pſallam tibi. Qui das ſalu-
tem regibus. qui redemiſti dauid ſeruū
tuū: de gladio maligno eripe me. Ete-
rue me de manu filiorū alienorū quorū
os locutū eſt vanitatem: & dextera eoꝝ
dextera iniquitatis. Quorū filij ſicut
nouellę plantationes in iuuentute ſua.
Filiæ eorum compoſite: circumornate
vt ſimilitudo templi. Promptuaria eo-
rū plena: eructantia ex hoc in illud. O-
ues eorum fetoſe abundantes in egreſſi-
bus ſuis: boues eorū craſſe. Non eſt rui-
na macerie neqꝫ tranſitus: neqꝫ clamor ī
plateis eorū. Beatum dixerūt populū cui
hęc ſunt: beatus pplſ cuiꝰ dn̄s deus eiꝰ.

PSALMVS. cxliiii.

EXALTABO TE DEVS
meus rex: & benedicam noĩ
tuo in ſeculũ & in ſeculũ ſecu-
li. Per ſingulos dies benedi-
cam tibi: & laudabo nomen tuũ in ſe-
culum & in ſeculum ſeculi. Magnus
dominus & laudabilis nimis: & mag-
nitudinis eius non eſt finis. Generatio
& generatio laudabit opera tua: & potẽ-
tiam tuã pronuntiabũt. Magnificentiã
gloriæ ſanctitatis tuę loquentur: & mi-
rabilia tua narrabunt. Et virtutem ter-
ribiliũ tuorũ dicent: & magnitudinem
tuã narrabunt. Memoriã abundantiæ
ſuauitatis tuæ eructabunt: & iuſticia tua
exultabunt. Miſerator & miſericors do-
minus paciens & multũ miſericors.
Suauis dñs vniuerſis: & miſeratiões
eius ſuper oĩa opa eius. Confiteantur
tibi dñe omnia opera tua: & ſancti tui
benedicant tibi. Gloriam regni tui dicẽt:

David ad dei laudem oẽs excitat cũ laude ipi9.

& potentiam tuã loquentur. Vt notam
faciant filijs hoĩm potentiã tuam: & glo-
riam magnificentiæ regni tui. Regnũ
tuũ regnum oĩm ſeculorũ: & domina-
tio tua in oĩ generatione & generatio-
nem. Fidelis dominus in omnibus ver-
bis ſuis: & ſanctus in omnibus opib9
ſuis. Alleuat dominus omnes qui corru-
unt: & erigit omnes elyſos. Oculi oĩm ĩ te
ſperãt dñe: & tu das eſcã illorum in tem-
pore oportuno. Aperis tu manũ tuam:
& imples omne aĩal benedictione. Iuſ-
tus dominus in omnibus vijs ſuis: &
ſanctus in omnibus operibus ſuis. Pro-
pe eſt dñs omnibus inuocantibus: oĩb9
inuocantibus eum in veritate. Volunta-
tem timentiũ ſe faciet: & deprecationẽ eo-
rũ exaudiet & ſaluos faciet eos. Cuſto-
dit dñs omnes diligentes ſe: & omnes
peccatores diſperdet. Laudationem dñi
loquetur os meũ & benedicat omnis ca-

ro nomini ſancto eius: in ſeculū & in ſe-
culum ſeculi.

ALLELVIA. p̄s. 145.

De deo non hoībus confidēdū eſſe docet.

LAVDA ANIMA MEA DO-
minū. laudabo dn̄m in vita
mea: pſallam deo meo q̄ȝ diu
fuero. Nolite confidere in prin-
cipibus: in filijs hoīm in quibus non eſt
ſalus. Exibit ſpūs eius & reuertetur ī
terrā ſuam: in illa die ꝑibunt omnes co-
gitationes eorū Beatus cuius deus ia-
cob adiutor eius: ſpes eius in dn̄o deo
ipſius qui fecit celū & terram mare & oīa
quæ in eis ſunt. Qui cuſtodit veritatem
in ſeculū: facit iudiciū iniuriā pacienti-
bus: dat eſcam eſurientibus. Dominus
ſoluit compeditos: dn̄s illuminat cecos.
Dominus erigit elyſos: dn̄s diligit iuſtos.
Dominus cuſtodit aduenas. pupillū &
viduā ſuſcipiet: & vias peccatorū diſper-
det. Regnabit dn̄s in ſecula: deus tuus ſy-

on in generatione & generationem.

ALLELVIA. p̄s. 146.

Ex bn̄ficijs iſrael ſpecialiter exhibitiſ inuitat ad laudem dei.

LAVDATE DOMINVM qm̄ bonus eſt: pſalmus deo nr̄o ſit, iocunda decoraq; laudatio Edificans iheruſalem dominus diſperſiones iſrael congregabit. Qui ſanat contritos corde: & alligat contritiones eorū. Qui numerat multitudinē ſtellarū: & oībus eius noīa vocans. Magnus dn̄s nr̄ & magna virtus eius: & ſapientiæ ei⁹ nō eſt numerus. Suſcipiens manſuetos dn̄s: humiliās aūt peccatores vſq; ad terrā. Precinite domino in confeſſione: pſallite deo nr̄o in cythara. Qui operit celū nubib⁹: & parat terræ pluuiā. Qui producit in mōtibus fenū & herbā: ſeruituti hoīm. Qui dat iumentis eſcam ipſorū: & pullis coruorum inuocātib⁹ eū. Non ī fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibijs

viri beneplacitum erit ei. Beneplacitũ
eſt dño ſuper timentes eũ: & in eis qui
ſperant ſup miã ei9. ALLE-
LVIA Aggei & Zachariæ 147.

LAVDA IHERVSALEM do- | Ab edifica-
minũ: lauda deũ tuũ ſyon. Qm̃ | tione coeleſtẏ
confortauit ſeras portarũ tuarũ: | hieruſalẽ lau
benedixit filijs tuis in te. Quipo- | dat deũ.
ſuit fines tuos pacem: & adipe frumenti
ſaciat te. Qui emittit eloquiũ ſuũ terræ: ve-
lociter currit ſermo eius. Qui dat niuem
ſicut lanã nebulã ſicut cinerẽ ſpargit. Mit-
tit criſtallũ ſuam ſicut buccellas: ante faci-
em frigoris eius quis ſuſtinebit. Emittet
verbũ ſuũ & liquefaciet ea: flabit ſpũs
eius & fluent aquæ. Qui anunciat verbũ
ſuũ iacob: iuſticias & iudicia ſua iſrahel.
Non fecit taliter oĩ nationi: & iudicia ſua
non manifeſtauit eis.

ALLELVIA Aggei & Zacha-
riæ. . 148.

Inuitat oẽs creaturas ad laudem dei.

LAVDATE DOMINVM DE coelis laudate eum in excellis. Laudate eũ omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius. Laudate eum ſol & luna: laudate eum oẽs ſtellæ & lumẽ. Laudate eum celi celorum: & aquę que ſuper celos ſunt laudent nomen dñi. Quia ipſe dixit & facta ſunt: ipſe mandauit & creata ſunt. Statuit ea in ſeculũ & in ſeculum ſeculi: preceptũ poſuit & nõ preteribit. Laudate dñm de terra: dracones & omnes abyſſi. Ignis grando nix glacies ſpiritus procellarum: quę faciũt verbũ eius. Mõtes & oẽs colles: ligna fructifera & omnes cedri. Beſtię & vniuerſa peccora: ſerpentes & volucres pennate. Reges terræ & omnes populi: principes & oẽs iudices terræ. Iuuenes & virgines ſenes cũ iunioribus laudent nomen domini: quia exaltatũ eſt nomen eius ſolius. Con-

feſſio eius ſuper celum & terram: & exal-
tabit cornu populi ſui. Hymn⁹ oı̄bus ſā-
ctis eius: filiȷs iſrael. pplo appropinqnti
ſibi.

PSALMVS. cxlix.

CANTATE DOMINO CAN-
ticum nouū: laus eius in eccle-
ſia ſanctorū. Letetur iſrl in eo q fe-
cit eum: & filiæ ſyon exultent ī
rege ſuo. Laudent nomen eius in choro
in tympano & pſalterio pſallant ei. Quia
beneplacitū eſt dn̄o in pplo ſuo: & exal-
tabit manſuetos in ſalutem. Exultabunt
ſancti in gloria: letabuntur in cubilibus
ſuis. Exultationes dei in gutture eorum:
& gladiȷ ancipites in manib⁹ eorū. Ad fa-
ciendam vindictā in nationib⁹: increpa-
tiones in pplis. Ad alligandos reges eoꝝ
in cōpedibus: & nobiles eorū in manicis
ferreis. Vt faciant in eis iudicium conſcri-
ptū: gloria hęc eſt oı̄bus ſanctis eius.

Innuit victo-
riam ſctorū
quā in die iu-
dicij habebūt.

Inuitat ciues celeſtes ad dei laudem.

PSALMVS. cl.

LAVDATE DOMINVM IN ſanctis eius: laudate eũ in firmamento virtutis eius. Laudate eum in virtutibus eius: laudate eũ ſecũdum multitudinẽ magnitudinis eius. Laudate eũ in ſono tubæ: laudate eum in pſalterio & cythara. Laudate eum in tympano & choro: laudate eũ in chordis & organo. Laudate eũ in cymbalis beneſonantibꝰ: laudate eũ in cymbalis iubilationis: oĩs ſpũs laudet dñm.



Feria ſecunda ad laudes. Canticum Eſaie. ·XXXVIII·

Agit eſaias gratias pro beneficio incarnationis

CONFITEBOR TIBI dñe qm̄ iratus es mihi: cõuerſus eſt furor tuus & cõſolatꝰ es me. Ecce deus ſaluator meus: fiducialiter agam & non timebo. Quia fortitudo mea & laus mea dominus: & factꝰ eſt mihi in ſalutē. Haurietis aquas in gaudio de fontibꝰ ſaluatoris: & dicetis in illa die. Confitemini dño: & inuocate nomen eius. Notas facite in pp̄lis adinuentiones eius: mementote qm̄ excelſum eſt nomen eiꝰ. Cantate domino qm̄ magnifice fecit: anunciate hoc in uniuerſa terra. Exulta & lauda habitatio ſyon: quia magnus in medio tui ſãctus iſrael.

Feria tertia ad laudes canticũ eſaie. xxxiii. Capitulo.



Ezechias a-
git grãs pro
ſua ſanatiõe.

EGo dixi in dimidio dierũ meo-
rum vadam ad portas inferi:
queſiui reſiduũ annorũ meorũ.
Dixi non videbo dñm deum ĩ
terra viuentiũ: non aſpiciam hoĩem vltra
& habitatorem quietis. Generatio mea
ablata eſt & conuoluta eſt a me: quaſi
tabernacula paſtorũ. Preciſa eſt velut
a texente vita mea: dum adhuc ordirer
ſuccidit me: de mane vſqȝ ad veſperã
finies me. Sperabam vſqȝ mane q̃ſi
leo ſic contriuit oĩa oſſa mea. De ma-
ne vſqȝ ad veſperam finies me: ſicut
pullus hyrundinis ſic clamabo: medi-
tabor vt columba. Attenuati ſunt ocu-
li mei: ſuſpicientes in excelſo. Domi-
ne vim patior reſponde pro me: quid
dicam aũt qđ reſpondebit mihi cum
ipſe fecerim. Recogitabo tibi oẽs an-
nos meos: in amaritudine aĩæ mee.
Domine ſi ſic viuitur & in talibus vi-



ta ſpūs mei: corripies me & viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amariſſima. Tu aūt eruiſti aīam meā vt non periret: proieciſti poſt tergum tuū oīa peccata mea. Quia non infernus confitebitur tibi: neqꝫ mors laudabit te: non expectabūt qui deſcendunt in lacū veritatem tuā. Viuēs viuēs ipe cōfitebitur tibi: ſicut & ego hodie: pater filijs notā faciet veritatem tuā. Domīe ſaluū me fac: & pſalmos nr̄os cantabimus cunctis diebus vitę nr̄ę in domo domini.

Feria quarta ad laudes. Canticū anne. I. Regū. II. Capitulo.

Exultauit cor meū in domino: & exaltatū eſt cornu meū in deo meo. Dilatatum eſt os meū ſuꝑ inimicos meos: quia letata ſū in ſalutari tuo. Non eſt ſanctus vt eſt dominus: neqꝫ em̄ eſt alius extra

Canticū Anne ꝓpter prolem ſibi datam.



te:& nō eſt fortis ſicut deus noſter. Nolite multiplicare loqui ſublimia: gloriantes. Recedant vetera de ore veſtro: quia deus ſcientiarū dn̄s eſt: & ipſi preparantur cogitationes. Arcus fortium ſupatus eſt: & infirmi accincti ſunt robore. Repleti prius pro panibus ſe locauerunt: & famelici ſaturati ſunt. Donec ſterilis peperit plurimos: & que multos habebat filios ĩfirmata eſt. Dominus mortificat & viuificat: deducit ad inferos & reducit. Dominus pauperem facit & ditat: humiliat & ſublimat. Suſcitans de puluere egenū: & de ſtercore erigẽs pauperẽ. Vt ſedeat cum principibus: & ſolium glorie teneat. Domini enĩ ſunt cardines terre: & poſuit ſuper eos orbem. Pedes ſanctorum ſuorū ſeruabit: & impij in tenebris conticeſcent: qa non in fortitudine ſua roborabitur vir:

Dominū formidabunt aduerſarij eiꝰ:
& ſuper ipſos in coelis tonabit. Domi-
nus iudicabit fines terrȩ: & dabit im-
perium regi ſuo: & ſublimabit cornu
xp̄i ſui.

Feria quinta ad laudes canticū
moyſi. Exo:xv. Capitulo.

Cantemus domino: glorioſe
enī magnificatus eſt: equū &
aſcenſorē deiecit in mare.

Moyſes a-
git grās ꝓ
liberatione
ab egyptijs.

Fortitudo mea & laus mea
dominus: & factꝰ eſt mihi in ſalutem.
Iſte deus meus & glorificabo eū: deꝰ
p̄ris mei & exaltabo eū. Dominus q̄-
ſi vir pugnator omnipotens nomen eiꝰ:
currus pharaonis & exercitū eius pro-
iecit in mare. Electi pr̄icipes eiꝰ ſub mer-
ſi ſunt in mari rubro: abyſſi operuerūt
eos: deſcenderūt in profundū quaſi la-
pis. Dextera tua dn̄e magnificata eſt
in fortitudine dextera tua dn̄e ꝑcuſſit



inimicū: & in multitudine glīæ tuæ de-
poſuiſti aduerſarios meos. Miſiſti iram
tuam que deuorauit eos ſicut ſtipulam:
& in ſpiritu furoris tui cōgregate ſūt
aquę. Stetit vnda fluens: congregate
ſunt abyſſi in medio mari. Dixit inimi-
cus perſequar & comprehendam: di-
uidam ſpolia: & implebitur anima mea.
Euaginabo gladiū meum: interficiet e-
os manus mea. Flauit ſpūs tuus &
operuit eos mare: ſubmerſi ſunt quaſi
plumbum in aquis vehementibꝰ. Quis
ſimilis tui in fortibus dñe quis ſimilis
tui: magnificus in ſanctitate: terribi-
lis atq; laudabilis & faciens mirabi-
lia. Extendiſti manū tuam: & deuo-
rauit eos terra. Dux fuiſti in miſericor-
dia tua: populo tuo quem redemiſti. Et
portaſti eum in fortitudine tua: ad ha-
bitaculum ſanctū tuū. Aſcenderunt
pplī & irati ſūt: dolores obtinuerunt

habitatores philiſtym. Tunc contur-
bati ſunt principes edom: robuſtos mo-
ab obtinuit tremor: obriguerunt oēs ha-
bitatores chanaan. Irruat ſuper eos
formido: & pauor in magnitudīe bra-
chij tui. Fiant immobiles quaſi lapis
donec pertranſeat ppl'us tuus dñe: do-
nec pertranſeat ppl'us tuus iſte quem
poſſediſti. Introduces eos & planta-
bis eos in monte hereditatis tuæ: fir-
miſſimo habitaculo tuo qđ oꝑatus es
dñe. Sanctuariū tuū domine qđ fir-
mauerūt manus tuæ: dñs regnabit in e-
ternum & vltra. Ingreſſus eſt enī eqs
pharao cum curribus & equitibus
eius in mare: & reduxit ſuper eos do-
minus aquas maris. Filij aūt iſrael
ambulauerūt: per ſiccū in medio eius.

Feria .vi. ad laud. Canticū
abacuc. iii.

Orat pro-
pheta pro de-
ſtructione ba-
bylonis.

DOMINE AVDIVI AVDI-
tionem tuam: & timui. Do-
mine opus tuũ: in medio an-
norum viuifica illud. In me-
dio ãnorꝝ notũ facies: cũ iratus fueris
mĩæ recordaberis. Deus ab auſtro veniet:
& ſãct⁹ de mõte pharã. Operuit coelos
gloria eius & laudis eius plena eſt ter-
ra. Splendor eius vt lux erit: cornua
in manibus eius: Ibi abſcondita eſt
fortitudo eius: ante faciem eius ibit mors.
Egredietur diabolus ante pedes eius:
ſtetit & menſus eſt terram. Aſpexit &
diſſoluit gentes: & contriti ſunt mõtes
ſeculi. Incuruati ſunt colles mundi: ab
itinerib⁹ eternitatis eius. Pro iniquita-
te vidi tentoria ethiopiæ: turbabuntur
pelles terræ madiam. Nunqd in flumi-
nibus iratus es dñe: aut in fluminib⁹
furor tuus: vł in mari indignatio tua.



Qui aſcendes ſuper equos tuos & quadrige tue ſaluatio. Suſcitans ſuſcitabis arcum tuum: iuramenta tribubus que locutus es. Fluuios ſcindes terræ viderunt te & doluerunt montes: gurges aquarū tranſijt. Dedit abyſſus vocem ſuam altitudo manus ſuas leuauit. Sol & luna ſteterunt in habitaculo ſuo: in luce ſagittarum tuarum ibunt: in ſplendore fulgurantis haſte tue. In fremitu ꝯculcabis terram: in furore obſtupe facies gentes. Egreſſus es in ſalutem ppl'i tui: in ſalutem cū xp̄o tuo. Percuſſiſti caput dedomo impij: denudaſti fundamentū vſqꝫ ad colluꝫ Maledixiſti ſceptris eius: capiti bellatorū eius: venientibꝰ vt turbo ad diſpgendū me. Exultatio eorū: ſicut eius qui deuorat paupem in abſcondito. Viam feciſti in mari eqs tuis: in luto aquarum multarū. Audiui & contur-

batus eſt venter meus; a voce cõtre-
muerũt labia mea. Ingrediatur pu-
tredo in oſſibus meis: & ſubter ſca-
teat. Vt requieſcam in die tribula-
tionis: vt aſcendam ad ppl'm accin-
ctũ nrm. Ficus em̃ non florebit: &
non erit germen in vineis. Mentie-
tur opus oliuę: & arua non auferent
cibũ. Abſcindetur de ouili pecus:
& non erit armentũ in preſepibus.
Ego aũt in dño gaudebo. & exul-
tabo in deo iheſu meo. Deus dñs for-
titudo mea: & ponet penes meos q̃ſi
ceruorũ. Et ſuper excelſa mea: dedu-
cet me victor in pſalmis canentem.

Sabato ad laudes. Canticũ moyſi.
Deutronomij. xxxii. capitulo.

Moyſes exhortatur populum ad legem & mandata.

Audite coeli quę loquor: au-
diat terra verba oris mei. Cõ-
creſcat in pluuia doctrina



mea: fluat vt ros eloquiũ meũ. Qua-
ſi imber ſuper herbam: & quaſi ſtille
ſuper gramina: quia nomen dñi in-
uocabo Date magnificentiã deo no-
ſtro: dei perfecta ſunt opera: & omnes
viæ eius iudicia. Deus fidelis & abſ-
q; vlla iniquitate: iuſt⁹ & rectus pec-
cauerũt ei & non filij eius in ſordibus.
Generatio praua atq; peruerſa: hecci-
ne reddis dño popule ſtulte & inſipiẽs.
Nunqd non ipſe eſt pater tuus qui poſ-
ſedit te: & fecit & creauit te. Memen-
to dierũ antiquorũ: cogita generatio-
nes ſingulas. Interroga patrem tuũ
& anunciabit tibi: maiores tuos & di-
cent tibi. Quando diuidebat altiſſim⁹
gentes: quando ſeparabat filios adã.
Conſtituit terminos pplõrũ: iuxta nu-
merũ filiorũ iſrael. Pars aũt dñi pplus
eius: iacob funiculus hereditatis eius.
Inuenit eum in terra deſerta: in loco

horroris & vaſte ſolitudinis. Circū-
duxit eum & docuit: & cuſtodiuit q̄ſi
pupillā oculi ſui. Sicut aquila prouo-
cans ad volandum pullos ſuos: &
ſuper eos volitans. Expandit alas
ſuas & aſſumpſit eum: atq; portauit
in humeris ſuis. Dominus ſolus dux
eius fuit: & non erat cū eo deus alie-
nus. Conſtituit eum ſuper excelſam
terram: vt comederet fruct⁹ agrorū. Vt
ſugeret mel de petra: oleūq; de ſaxo du-
riſſimo. Butirū de armento & lac de
ouib⁹: cum adipe agnorū & arietū fi-
liorū baſan. Et hircos cum medulla
tritici: & ſanguinē vue biberent me-
raciſſimū. Incraſſat⁹ eſt dilectus &
recalcitrauit: incraſſatus impingua-
tus dilatatus. Dereliquit deū facto-
rem ſuū & receſſit a deo ſalutari ſuo.
Prouocauerūt eū in diis alienis: &
in abominationib⁹ ad iracundiā con-

citauerũt. Immolauerũt demonijs
& non deo: dijs quos ignorabant.
Noui recenteſq; venerunt: quos nõ
coluerũt prẽs eorũ. Deum qui te ge-
nuit dereliqſti: & oblitus es domini
creatoris tui. Vidit dñs & ad iracũ-
diam concitatꝰ eſt: quia prouocaue-
runt eum filij ſui & filie. Et ait abſcon-
dam faciem meã ab eis: & conſidera-
bo nouiſſima eorũ. Generatio eñ per-
uerſa ẽ: & infideles filij. Ipſi me prouo-
cauerunt in eo qui non erat deus: & ir-
ritauerũt in vanitatibus ſuis. Et ego
prouocabo eos in eo qui nõ eſt pplſus:
& in gente ſtulta irritabo illos. Ig-
nis ſuccenſus eſt in furore meo: & ar-
debit vſq; ad inferni nouiſſima. Deuo-
rabitq; terram cum germine ſuo: &
montiũ fundamenta comburet. Con-
gregabo ſuper eos mala: & ſagittas
meas cõplebo in eis. Conſumẽtur fa-

me: & deuorabũt eos aues morſu a-
mariſſimo. Dentes beſtiarũ immittã
in eos: cum furore trahentiũ ſuper ter-
ram atque ſerpentiũ. Foris vaſtabit
eos gladius: & intus pauor: iuuenẽ
ſimul ac virginem lactentem cũ hoīe
ſene. Et dixi vbi nam ſunt ceſſare fa-
ciam ex hoīb9 memoriam eorũ. Sed
propter iram inimicorũ diſtuli: ne forte
ſuperbirent hoſtes eorũ. Et dicerẽt ma-
nus nr̄a excelſa: & non dn̄s fecit hec
omnia. Gens abſq3 conſilio eſt & ſi-
ne prudentia: vtinam ſaperent & in-
telligerent ac nouiſſima prouiderent.
Quõ perſequebatur vnus mille: &
duo fugarent decem milia. Nonne
ideo quia deus ſuus vendidit eos: &
dominus concluſit illos. Non eñ eſt
deus noſter vt dij eorũ: & inimici nr̄i
ſunt iudices. De vinea ſodomorũ vi-
nea eorũ: & de ſuburbanis gomorre.

Vua eorũ vua fellis: & botrus ama-
riſſimus. Fel draconum vinũ eorum:
& venenum aſpidum inſanabile. Non-
ne hec condita ſunt apud me: & ſigna-
ta in theſauris meis. Mea eſt vltio &
ego retribuam eis in tempore: vt la-
batur pes eorũ. Iuxta eſt dies perdi-
tionis: & adeſſe feſtinant tempora.
Iudicabit dñs pplm ſuũ: & in ſeruis
ſuis miſerebitur. Videbit qꝫ infirmata
ſit man⁹ & clauſi quoqꝫ defecerũt: reſi-
duiqꝫ conſumpti ſunt. Et dicent vbi
ſunt dij eorũ: in quibus habebant fi-
duciam. De quorum victimis come-
debant adipes: & bibebant vinũ liba-
minũ. Surgant & opitulentur vobis:
& in neceſſitate vos protegant. Vide-
te qꝫ ego ſim ſolus: & non ſit alius de⁹
preter me. Ego occidam & ego vi-
uere faciam: percutiam & ego ſana-
bo: & non eſt qui de manu mea poſſit

eruere. Leuabo ad coelũ manũ meã
& dicam viuo ego ineternũ. Si acu-
ero vt fulgur gladiũ meum: & arripu-
erit iudiciũ manus mea. Reddã vl-
tionem hoſtibus meis: & his qui o-
derũt me retribuã. Inebriabo ſagit-
tas meas ſanguine: & gladius meus
deuorabit carnes. De cruore occi-
ſorum: & de captiuitate nudati ini-
micorũ capitis. Laudate gentes po-
pulum eius: quia ſanguinẽ ſeruoruꝫ
ſuorũ vlciſcetur. Et vindictã retribu-
et in hoſtes eorũ: & propicius erit ter-
ræ pplĩ tui.

Hym: puerorũ. Danielis. iii. ca.

Inuitatio oĩm creaturarũ ad laudem dei.

Benedicite omnia oꝑa dñi do-
mino: laudate & ſuperexalta-
te eum in ſecula. Benedicite
angeli dñi domino: benedicite coeli do-
mino. Benedicite aquę omnes quę ſuꝑ

coelos ſunt dño : benedicite omnes vir-
virtutes domini dño . Benedicite ſol
& luna dño : benedicite ſtellę celi dño.
Benedicite imber & ros dño : bene-
dicite oēs ſpūs dei domino . Bene-
dicite ignis & eſtus domino : bene-
dicite frigus & eſtas domino . Bene-
dicite rores & pruina dño : bn̄dicite
gelu & frigus dño . Benedicite gla-
cies & niues domino : benedicite no-
ctes & dies dño . Benedicite lux &
tenebre domino : benedicite fulgura
& nubes dño . Benedicat terra dñm :
laudet & ſuperexaltet eum in ſecula .
Benedicite montes & colles domi-
no : benedicite vniuerſa germina ī ter-
ra domino . Benedicite fontes dño :
benedicite maria & flumina domi-
no . Benedicite cete & oīa quæ mo-
uentur in aquis dño : benedicite oēs

volucres coeli dño. Benedicite oẽs
beſtię & pecora dño: benedicite filij
hominũ domino. Benedicat iſrael
dominũ: laudet & ſuperexaltet eũ in
ſecula. Benedicite ſacerdotes dñi do-
mino: benedicite ſerui domini domĩo.
Benedicite ſpũs & aĩæ iuſtorũ domi-
no: benedicite ſancti & humiles cor-
de domino. Benedicite anania azaria
miſael domino: laudate & ſuperexal-
tate eum in ſecula. Benedicamus pa-
trem & filiũ cum ſancto ſpũ: laude-
mus & ſuperexaltemus eum in ſcl'a.
Benedictus es dñe in firmamento
coeli: & laudabilis & glorioſus &
ſuperexaltatꝰ in ſecula.

Hymnus ſiue canticũ Ambroſij & Auguſtini.

In baptizatione auguſtini cõpoſitũ canticum ab ambroſio & auguſtino.

Te deum laudamus: te
dominũ cõfitemur. Te eternũ
patrem: omnis terra veneratur.
Tibi oẽs angeli: tibi coeli & vni-

uerſe poteſtates. Tibi cherubin & ſe-
raphin: inceſſabili voce proclamant.
Sanctus. Sanctus. Sanctus domi-
nus deus ſabaoth. Pleni ſunt coeli &
terra maieſtatis gl̃iæ tuæ. Te glorio-
ſus apl̃orũ chorus. Te prophetarum
laudabilis numerus. Te martyrum
candidatus laudat exercitus. Te per
orbem terrarũ ſancta confitetur eccleſia.
Patrem immenſę maieſtatis. Vene-
randum tuũ verum vnicũ filiũ. San-
ctum q̊qꝫ paracletũ ſpm̃. Tu rex gl̃iæ
xp̃e. Tu patris ſempiternus es filius.
Tu ad liberandum ſuſcepturus hoĩem:
non horruiſti virginis vterũ. Tu deui-
cto mortis aculeo: aperuiſti credenti-
bus regna celorũ. Tu ad dexteram dei
ſedes: in gl̃ia pr̃is. Iudex crederis eſ-
ſe venturus. Te ergo qm̃s tuis famu-
lis ſubueni: quos precioſo ſanguine re-
demiſti. Tterna fac cũ ſanctis tuis

gloria munerari. Saluū fac pplm̃ tuuꝫ
dñe: & benedic hereditati tuæ. Et re-
ge eos & extolle illos vſqꝫ in eternuꝫ.
Per ſingulos dies benedicimus te.
Et laudamus nomen tuū in ſeculū:
& in ſeculū ſeculi. Dignare dñe die
iſto: ſine peccato nos cuſtodire. Mi-
ſerere nr̃i dñe: miſerere noſtri. Fiat mi-
ſericordia tua domine ſuper nos: quē-
admodū ſperauimus in te. In te do-
mine ſperaui nō confundar in eternū.

Canticum zacharię. Luce. i c.

BEnedictus dñs deus iſrael:
quia viſitauit & fecit redem-
ptionem plebis ſuæ. Et erex-
it cornu ſalutis nobis: in do-
mo dauid pueri ſui. Sicut locutꝰ eſt
per os ſanctorū: qui a ſeculo ſunt pro-
phetarū eius. Salutem ex inimicis
nr̃is: & de manu omnium qui ode-
rūt nos. Ad faciendā mīaꝫ cū patribꝰ

nr̃is : & memorari teſtamenti ſui ſan-
cti . Iuſiurandũ qđ iurauit ad abraã
prẽm noſtrũ : daturũ ſe nobis . Vt ſine
timore de manu inimicorũ noſtrorũ
liberati : ſeruiamus illi . In ſanctitate
& iuſticia coram ipſo : omnib⁹ diebus
nr̃is . Et tu puer propheta altiſſimi vo-
caberis : preibis em̃ ante faciem do-
mini parare vias eius . Ad dandã ſci-
entiam ſalutis plebi eius : in remiſſio-
nem peccatorũ eorũ . Per viſcera miſe-
ricordiæ dei noſtri : vt quibus viſitauit
nos oriens ex alto . Illuminare his q.
in tenebris & in vmbra mortis ſedent
ad dirigendos pedes noſtros in viã
pacis .

Symbolũ Athanaſij .

QVicũq; vult ſaluus eſſe : ante
oĩa opus eſt ut teneat catholi-
cam fidem . Quam niſi qſq;
integrã inuiolatãq; ſeruaue-

rit: abſq3 dubio ineternū peribit. Fi-
des aūt catholica hęc eſt: vt vnū de-
um in trinitate: & trinitatem in vni-
tate veneremur. Neq3 cōfundentes
perſonas: neq3 ſubſtantiā ſeparantes.
Alia eſt em̄ perſona prīs alia filij: alia
ſpūſſancti. Sed prīs & filij & ſpūſ-
ſancti vna eſt diuinitas: equalis glīa
coeterna maieſtas. Qualis pater talis
filius: talis ſpirituſſanctus. Increat9
pater increat9 filius: increatus ſpiritus
ſanctus. Immenſus pater immenſus
filius: immenſus ſpirituſſanctus. Eter-
nus pater eternus filius eternus ſpi-
rituſſanctus. Et tamen non tres eter-
ni: ſed vnus eternus. Sicut nō tres
increati nec tres īmenſi: ſed vnus in-
creatus & vnus immenſus. Similiter
omnipotens pater omnipotens filius:
omnipotens ſpirituſſanctus. Et tamē
non tres omnipotentes: ſed vnus oī-

potens. Ita deus pater deus filius
deus ſpiritus. Et tamen non tres dij:
ſed vnus eſt deus. Ita dn̄s pr̄ dn̄s fi-
lius: dn̄s ſpūſſanctus. Et tamen non
tres domini: ſed vn⁹ eſt dominus.
Quia ſigillatim vnā quamq; perſonā
deum & dn̄m confiteri christiana veri-
tate compellimur. Ita tres deos aut do-
minos dicere: catholica religione pro-
hibemur. Pater a nullo eſt factus: nec
creatus nec genitus. Filius a pr̄e ſolo
eſt: non factus nec creatus ſed genitus.
Spūſſanctus a pr̄e & filio: non fact⁹
nec creatus nec genitus ſed procedēs.
Vnus ergo pater non tres patres: vn⁹
filius & non tres filij: vnus ſpūſſanctus
non tres ſpūſſancti. Et in hac trinitate
nihil prius aut poſterius: nihil maius
aut minus. Sed tote tres perſone: coe-
terne ſibi ſunt & coequales. Ita vt per
oīa ſicut iam ſupradictū eſt: & trinitas

in vnitate & vnitas in trinitate venerā-
da ſit. Qui vult ergo ſaluus eſſe: ita de
trinitate ſentiat. Sed neceſſariū eſt ad
eternam ſalutem: vt incarnationē quo-
qꝫ dñi nr̄i ihesu xp̄i fideliter credat.
Est ergo fides recta: vt credamus & cō-
fiteamur: quia dominus nr̄ ihesus xp̄9
dei filius deus & homo eſt. Deus eſt
ex ſubſtantia patris ante ſecula genit9:
& homo ex ſubſtantia matris in ſecula
natus. Perfectus deus. perfectus ho-
mo: ex anima rationali & humana car-
ne ſubſiſtens. Equalis pr̄i ſecundū di-
uinitatē: minor pr̄e ſcđm humanitatē.
Qui licet deus ſit & homo: non duo
tn̄ ſed vnus eſt xp̄us. Vnus aūt nō
conuerſione diuinitatis in carnē: ſed aſ-
ſumptione humanitatis in deū. Vnus
omnino non confuſione ſubſtantiæ: ſed
vnitate perſone. Nam ſicut anima ratio-
nalis & caro vnus eſt homo: ita de9 &

homo vnꝰ eſt xp̄s. Qui paſſꝰ eſt pro ſalute
noſtra deſcendit ad inferos: tertia die reſur-
rexit a mortuis. Aſcendit ad coelos: ſedet
ad dexterā dei p̄ris oīpotentis. Inde vēturꝰ
eſt iudicare viuos & mortuos. Ad cuiꝰ
aduentum omnes homines reſur-
gere habent cum corporibꝰ ſuis. Et red-
dituri ſunt: de factis proprijs rationē.
Et qui bona egerūt ibunt in vitā eter-
nam: qui vero mala in ignem eternum.
Hec eſt fides catholica: quā niſi quiſqꝫ
fideliter firmiterqꝫ crediderit: ſaluus eſ-
ſe non poterit.

Letania ſequitur.

Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon.
Kyrie eleyſon. Chriſte audi
nos. Saluator mūdi adiuua
nos. Pater de celis deus: miſerere no-
bis. Fili redemptor mūdi deus: miſere-
re nobis. Sp̄uſſancte deus: miſerere no-
bis. Sancta trinitas vnus deus: miſe-

rere nobis.
Sancta maria. ora pro nobis. Sancta
dei genitrix. ora. Sancta virgo virgi-
nũ. ora pro nobis.
Sancte Michael. ora. Sancte Gabriel.
ora. Sancte Raphael. ora. Omnes
ſancti angeli & archangeli. orate pro.
Omnes ſancti beatorum ſpirituũ or-
dines. orate pro. Sancte ioannes bap-
tiſta. ora. Omnes ſancti patriarche
& prophete. orate pro nobis.
Sancte Petre. ora. Sancte Paule. ora.
Sancte Andrea. ora pro. Sancte io-
annes euangeliſta. ora. Sc̃te Iacobe. or.
ancte Bartholomeę. ora. Sancte Ma-
thia. ora. Sancte Matthee. ora. San-
cte Philippe. ora. Sancte iacobe. ora.
Sancte Simon. ora. Sancte Thadee.
ora. Sancte Iacobe. ora. Sc̃te Barnaba.
ora. Sancte Luca. ora. Sancte Marce.
ora. Omnes ſancti apl̃i & euangeliſte.

orate. Omnes ſancti diſcipuli dñi.
orate. Omnes ſancti innocentes. orate.
Sancte Stephane. ora. Sancte Clete.
ora. Sancte line. ora. Sancte Clemẽs.
ora Sancte Corneli. ora. Sancte Se-
baſtiane. ora. Sancte Fabiane. ora.
Sancte Cypriane. ora. Sancte Geor-
gi. ora Sancte Vite. ora. Sancte Mo-
deſte. ora. Sancte Laurenti. ora San-
cte Vincenti. ora. Sancte Sixte. ora.
Sancte Panthaleon. ora. Sancte Chri-
ſtophore. ora. Sancte Oſwalde. ora.
Sancte Pelagi. ora Sancte Blaſi. ora.
Sancte Narciſſe. ora. Sancte Afer. ora.
Sancte Bonifaci. ora Sancte Coſma
ora. Sancte Damiane. ora. Sancte
Maurici cũ ſocijs tuis. ora. Sancte
Sancte dionyſi cũ ſocijs tuis. ora.
Sancte Achaci cum ſocijs tuis. ora.
Sancte Iannari cũ ſocijs tuis. ora.
Sancte Bonifaci cũ ſocijs tuis. ora.

Sancte Vrbane. ora. Sancte Chriſo-
gone. ora. Sancte Alexander. ora.
Omnes ſancti martyres. orate.
Sancte ſylueſter. ora. Sancte Grego-
ri. ora. Sancte Leo. ora. Sancte Au-
guſtine. ora. Sancte Ambroſi. ora.
Sancte Hieronyme. ora. Sancte Vdal-
rice. ora. Sancte Simperte. ora. San-
cte Martine. ora. Sancte Leonarde.
ora. Sancte. Nicolae. ora. Sancte Ale-
xi. ora. Sancte Egidi. ora. Sancte
Magne. ora. Sancte Galle. ora. San-
cte Bricci. ora. Sancte Othmare. ora.
Sancte Conrade. ora. Sancte Seueri-
ne. Sancte Dominice. ora. Sancte
Bernarde. ora. Sancte Anthoni. ora.
Sancte Remigi. ora. Sancte Valen-
tine. ora. Sancte Franciſce. ora. San-
cte Maure. ora. Sancte Corbiniane.
ora. Omnes ſancti Confeſſores. orate.
Sancta Mariamagdalena. ora. San-

cta Felicitas. ora. Sancta Perpetua.
ora Sancta Agatha. ora. Sancta Ag-
nes. ora Sancta Lucia. ora. Sancta
Otilia. ora. Sancta Catherina. ora.
Sancta Barbara. ora Sancta Eliſa-
beth. ora. Sancta Dorothea. ora.
Sancta Iuliana. ora. Sancta Cecilia
ora Sancta Margaretha. ora Sancta
Petronella. ora. Sancta Criſtina. ora.
Sancta Sophia. ora. Sancta Brigi-
ta. ora. Sancta Appollonia. ora.
Sancta Afra. ora pro. Sancta Hylaria
cum ſodalibus tuis. ora Sancta
Helena. ora. Sancta Braxedis. ora.
Sancta vrſula cū ſodalibus tuis. ora.
Sancta Adelhaidis. ora. Omnes ſan-
cte virgines & vidue. orate. Omnes
ſancti. orate. Propitius eſto. Parce
nobis dn̄e. Propitius eſto. Libera
nos dn̄e. Ab ira tua. Libera. Ab inſi-
dijs diaboli. Libera nos dn̄e. Ab in-

feſtinatione demonū. Lib: A clade
& peſte: Lib: A periculo mortis. Lib:
A ſubitanea & inprouiſa morte. Lib.
A morte perpetua. Lib: In hora mor-
tis. Lib. Per genitricē tuam. Libera.
Per natiuitatem tuam. Lib. Per bap-
tiſmū tuū: Libera. Per ieiuniū tuū. Lib.
Per crucem & paſſionem tuā. Lib.
Per mortem & ſepulturā tuā. Libera.
Per glorioſam reſurrectionem & ad-
mirabilem aſcenſionem tuā. Lib. Per
aduentū ſancti ſpūs paracleti. Libera.
Pb omni malo. Libera. A fulgure &
tempeſtate. Libera. A morbo malo: li-
bera. Ab hoſte malo. Lib. Ab appeti-
tu inanis glorię. Ab īminentibus pec-
catorū noſtrorū periculis: Lib. In die
iudicij. Libera nos domine. Peccato-
res: Te rogamus audi nos. Vt ecclīaȝ
tuam regere & ſublimare digneris.
Te rogamus. Vt dn̄m apoſtolicū &

omnem gradū eccl'iaſtici ordinis ī ſan-
cta religione conſeruare digneris. Te
rog: Vt regem noſtrū & exercitū xpi-
anorū perpetua pace & proſperitate
conſeruare digneris. Te rog: Vt cun-
ctū ppl'm xpianū precioſo ſanguine
tuo redemptū conſeruare digneris.
Te. Vt pacem nobis dones. Te Vt ſa-
nitatē nobis dones. Te rog. Vt fruges
terrę nobis dones. Te rog: Vt aeris
temperiē nobis dones. Te rog: Vt re-
ctū ſenſum & pacientiam bonam no-
bis dones. Te ro. Vt mortalitatē re-
pellas a nobis. Te rog: Vt gentes pa-
ganorū humiliare digneris. Te rog:
Vt remiſſionē omnium peccatorū no-
ſtrorū nobis dones. Te rog: Vt aīa-
bus omnium fideliū defunctorū pro-
pitiari digneris. Te rog. Vt nos ex-
audire digneris. Te ro. Vt nos cuſto-
dire digneris. Te rogamus audi nos.

Fili dei. Te rog. Agne dei qui tollis
peccata mundi. Parce nobis domine.
Agne dei qui tollis peccata mundi.
Dona nobis pacem. Agne dei qui tol-
lis peccata mundi. Miſerere nobis.
Chriſte audi nos. Kyrie eleyſon Xp̄e
eleyſon. Kyrie eleyſon. Pater noſter.


Collecta.

DEus cui propriū eſt miſereri
ſemper & parcere ſuſcipe de-
precationem nr̄am: & quos
delictorū cathena conſtrin-
git: miſeratio tuæ pietatis abſoluat.
Per xp̄m dn̄m nr̄m Amen. Domine
exaudi orationē meam. Et clamor meꝰ
ad te veniat.


Oremus.


GRacias ago tibi O omnipotēs
ac mitiſſime deus qui me indig-
nū famulum tuū non meis meritis:
ſed tua īmenſa gratia conſtituiſti vt a-
lijs quibꝰ me in ducem dediſti preeſſeꝫ:


dignare ſupplico ſacramentiſſime deꝰ.
vt quemadmodum in tua eſt manu cor
regis. Ita me indignum famulū tuū mo-
derare: ac rege: vt omnia quæ tibi ſint
placita peragam atqꝫ mea quā tu mihi
in alios dediſti poteſtate ita vtar. vt illis
in adminiſtranda iuſticia digne pręſim
omneſqꝫ reliquos meos actus tibi ad
laudem proximo ad edificationem mi-
hi vero ad eternam ſalutem conſequen-
dam ſemper concipiam cotidie pergā
feliciſſimeqꝫ finiam vt tandem cum glo-
rioſima virgine maria oībuſqꝫ ſanctis
ſempiterna beatitudine perfrui poſſim:
& ualeā te verū deum patrem omni-
potentem cū filio vnigenito atqꝫ ſpiri-
tu paracleto ſine fine collaudare cū oī-
bus electis: per dominū nr̄m iheſū xp̄ꝫ
filium tuū: qui tecum viuit & regnat
in vnitate ſpūs ſancti deꝰ: per omnia
ſecula ſeculorum Amen .



Kirieleyſon Chriſteleyſon Chriſte audi nos
Saluator mundi. Adiuua nos Primogeni-
te omnis creaturę. Adiuua nos
Plenitudo deitatis. Adiu Heres uni-
uerſorum. Adiu Splendor glorię dei.
Adiu Character diuinę ſubſtanti-
ę. Adiu Vere deus de deo uero
Adiu:


Verbum caro factũ. adiuũa nos. Rex regũ, ui
nice. adiũ: Domine dominantiũ. adiũ:
O emanũel. adiũ: O princeps pacis. adiũ:
O deus fortis adiũ: O germen iuſtitie. ad
iuũa. O pax fidelium. adiũ: O uictor mor
tis. adiũ: O uita noſtra. adiuũa nos.
Summe triumphator. adiũ: Caput eccleſie.



adiu: Sol iuſticię. adiuua Bone paſtor.
adiu: Mediator altiſſime. adiu: Aduoca-
te iuſte. adiuua Judex ſeculi adiu: Vin-
dex electorum adiu: Propitius eſto par-
ce nobis domine. Propitius eſto Libera nos
domine. A peccatis noſtris. Libe: A morte
perpetua libe: Ab inſidijs diaboli.
Libe: A ſubitanea et inprouiſa mala mor


te. Libera Ab omni malo. Libe Per crucē
et paſſionem tuam libe. Per reſurrectionem
et aſcenſionē tuam. Libera Per aduentū tu
um. libe: In die iudicij. libera nos do: Pec
catores. Te rogamus audi nos. Vt pacē nobis
dones. te ro: Vt cūctū populū chriſtianū preci
oſo ſaguine tuo redemptū conſeruare digneris
te roga: Vt dominū apoſtolicum et cunctum


ecclesiasticuꝫ ordinem in sancta religione conser-
uare digneris. te rogamus audi nos. Vt impera-
torem et regem nostrum et exercitum christiano-
rum perpetua pace et prosperitate conseruare dig-
neris. te rogamus Vt principem nostrum cum
omnibus fidelibus suis ab omni malo conseruare
digneris. te roga: Vt ignem istum benedice-
re. Sanctificare et consecrare digneris. te ro-
ga:



In vigilia Penthecostes. 1.5.40.


Kyrieleyſon Chriſte leyſon Chriſte au-
di nos Saluator mundi adiuũa nos Pri-
mogenite omnis creaturę. adiũ: Plenitu-
do deitatis. adiũ: Heres vniuerſorum. adiũ:
Splendor glorię dei. adiuũa nos. Character
diuinę ſubſtantię. adiũ: Vere deus de deo
uero. adiuũa nos, Verbum carofactum.
adiuũa nos. Rex regum unice, adiũ:

Domine dominantiũm. adiũ: O Emanũel.

ad: O princeps pacis. adiũ: O deũs fortis.

adiu: O germen iuſtũm. adiuũa O pax


fidelium. adiu: O uictor mortis. adiũ:

O uita noſtra. adiuua nos. Summe triun

phator. adiuũa nos. Capũt eccleſię. adiu:

Sol iuſticię adiũ: Bone paſtor. adiũ: Me

diator altiſſime. adiu: Aduocate iuſte. adiu:


Iudex ſeculi. adiuua: Vindex electorum adiu:
Propitius eſto. parce nobis domine Propitius
eſto. libera nos domine A peccatis noſtris. liber:
A morte perpetua. libera nos. Ab inſidijs diaboli.
libe: A ſubitanea et improuiſa mala morte. li
bera: Ab omni malo. libera. Per crucem et paſ
ſionem tuã. liber: Per reſurectionez et aſcenſionez
tuam. libera nos Per aduentum tuum. libera

nos domine. In die iudicij. libe: Peccatores te roga

mus audi nos. Vt pacem nobis dones. te roga: Vt

cunctuꝫ populum criſtianum pretioſo ſaguine tuo re


demptum conſeruare digneris. te rogamus audi. Vt


dominũ apoſtolicũ et cunctũ eccleſiaſticuꝫ ordinem

in ſancta religione conſeruare digneris. te roga: Vt

regem noſtrũ et exercitũ chriſtianũ perpetua pro

ſperitate conſeruare digneris. te rogamus. Vt


principe noſtrum cum omnibus fidelibus ſuis ab
omni malo conſeruare digneris. te rogamus audi
nos. Vt fontem iſtum benedicere et ſanctificare
digneris. te roga: Vt nos exaudire digneris. te
roga: Fili dei. te roga Agne dei qui tollis pec,
cata mundi parce nobis domine. Agne dei qui
tollis peccata mundi exaudi nos domine. Agne
dei qui tollis peccata mudi miſerere nobis.



Chriſte audi nos Kyrieleyſon Criſteleiſon Kyrieleyſon.

Oratio

Deus in te ſperantium fortitudo, adeſto propitius inuocationibus noſtris. Et quia ſine te nihil poteſt mortalis infirmitas, preſta auxiliũ gratie tue, ut in exequendis mandatis tuis et uoluntate tibi et actione placeamus, per dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, Qui tecum uiuit et regnat in unitate ſpiritus ſancti deus per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

Oratio

Aurem tuam queſumus domine, precibus noſtris accomoda. et mentis noſtre tenebras. gratia tue uiſitationis illuſtra. Qui tum. Oratio

Deus qui omnipotentiam tuam. parcendo maxime, et miſerando manifeſtas. multiplica ſuper nos gratiam tuam, ut ad tua promiſſa currẽtes, celeſtiũ bonorũ facias eẽ conſortes. P.

Oratio.

Omnipotens sempiterne deus. da nobis fidei. spei et caritatis augmentum: et ut valeamus assequi quod promittis. fac nos amare quod precipis. Per.

Oratio

Tua nos domine qs gratia. semper preueniat et sequatur: ac bonis operibus. iugiter prestet esse intentos. P.

Oratio.

Omnipotens sempiterne deus. mestorum consolatio. laborantium fortitudo. perueniat ad te preces de quacumque tribulatione clamantium. ut omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant affuisse. P.

Oratio.

Deus qui iustificas impium et non uis mortem peccatorum. maiestatem tuam suppliciter deprecamur. ut famulum tuum. de tua misericordia confidentem. celesti protegas benignus auxilio: et assidua eum protectione conserues. ut tibi iugiter famuletur. et nullis tentationibus a te separetur. Per.

Oratio

Parce domine parce peccatis nostris: et quamuis incessabiliter delinquentibus. continua pœna debeatur. presta quæsumus. ut quod ad perpetuum meremur exitium. transeat ad correctionis auxilium. Per.

15th Cent

PSALTER